Additio. Intellige istam gl. esse veram actiue, nō passiue, secundum Porc. Vnde Horat. Inuidiam placare paras virtute relicta. vt l. nec quicquam. §. fi. ff. de offic. proconsl. & lega.

g *Familiam.* id est omnes seruos qui familia dicuntur: vt ff. de verb. signi. l. pronunciatio. §. j.

h *Causa.* vt fraus vel ætas manumittētis: vt s. ti. j. in prī. & §. eadē.

i *Morientibus.* Sed qūo pōt aliquid eis adimi, cum nihil habeant nam morś omnia abstulit: vt in authen. de nup. §. deinceps. col. iiij? Rñ. dic morientibus, i. * ad mortem tendentibus: qa laborabant in extremis uel quasi: vel ēt erant sani, sed timore mortis hoc faciebant: vt ff. de donat. cau. mor. l. iij. iiij. v. & vj.

c) Hoc verū si cōtractus & ultima volūtas conueniūt in rationis idē titate, Fab. Ang. Egi. Per.

k *Adimere.* Nota hic arg. ꝙ ea quæ fiunt inter viuos, trahuntur ad voluntates vltimas. c sic econtra. ff. de pact. l. pactum. & C. de lega. l. fi. & ff. de pig. act. l. non est mirum.

[*De his qui sui vel alieni juris sunt.*] Posita prima diuisione personarū, restat videre de secunda. Textus seipsum satis continuat.

Equitur.] Totus iste tit. diuidit̄ in v. partes. Primò ponit duo genera personarū. Secundò q sunt in pōtate dominorum, seruis suis possint peruenire? a

TITVLVS VII.

DE LEGE FVSIA* Caninia tollenda.

Potest quis in testamento omnibus seruis libertatem dare, cessantibus omnibus aliis impedimentis, sicut inter viuos, non obstante statuto legis Fusię Caniniæ. Aret.

Lege Fusia Caninia certus b modus c cōstitutus erat in seruis testamento manumittendis: quā d quasi libertates impediētem, e & quodammodo inuidā, f tollendam esse censuimus: cum satis fuerat inhumanum, viuos qdem licentiam habere totā suā familiam g libertate donare, ni si alia cā h impediat libertatē: morientibus autem huiusmodi licentiam adimere. k

TITVLVS VIII.

DE HIS QVI SVI vel alieni iuris sunt.

Hic ponitur secunda diuisio personarū cū subdiuisione alterius mēbri. Et cognito vno de cōtrarijs, cognoscit̄ & reliquū: cum cōtrariorum sit eadem disciplina. Aretinus.

Et si olim dño seruū occidere impune liceret, hodie tñ in eum non (nisi ex legitima cā) sæuire licebit: quinimo vsque adeo dominorum asperitas coercetur: vt si intolerabilis sit seruos iusto pretio venundare cogantur, cū Reipublicę interfit, ne quis re sua abutatur.

Equitur de iure personarum alia diuisio. l Nam quædam personæ sui iuris m sunt, quædam alieno n iuri subiectæ.

Rursus earū quę alieno iuri subiectæ sunt: alię sunt ī potestate o parētū, aliæ in potestate dñorū. Videamus itaq; de his quæ alieno iuri subiectæ sunt. Nam si cognouerimus quæ istę personæ sunt simul p intelligemus q̄ sui iuris sunt. Ac prius īspiciam⁹ de his q̄ in potestate dñorum sunt.

Et si olim dño seruū occidere impune liceret, hodie tñ in eum non (nisi ex legitima cā) sæuire licebit: quinimo vsque adeo dominorum asperitas coercetur: vt si intolerabilis sit seruos iusto pretio venundare cogantur, cū Reipublicę interfit, ne quis re sua abutatur. C sunt. Vnde videamus primo de his ꝑsonis q̄ ptāti dñorū subiectæ sunt. Et hoc dicit usque ad ill̄m. §. in potestate itaque. Ac.

l *Alia diuisio.* quæ est de iure ciuili, d cū in ea ius gentium distinguatur: ut ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. e superior autem quā habuimus s. de iu. pers. j. respon. est de iure gentium: cum non sit seruitus iure naturali cognita, ut supra de lib. §. primo.

m *Sui iuris.* Hic restiringitur primùm membrū primę diuisionis positæ. s. de iure personarum: ut non comprehendat quosdam liberos homines, s. filios familias. f Item statim cum dicit alieno iuri &c. ampliat ſm membrum dictę diuisionis: ut cōprehendat ēt quosdam liberos: s. filios familias. Cum ergo fiat additio & detractio dictę diuisioni, iam est de iure ciuili hęc diuisio: ut ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile. At superior de iure personarū fuit ſm ius naturale & gentiū, ut ibi diximus, & ideo immutabile: ut supra de iure naturali gentiū & ciui. §. pen. Accur.

n *Quædam alieno.* Quædā neutro * iure tenentur: vt filij quorū patres sunt capti ab hostibus: ut ꝯ. qb. mo. ius pat. po. sol. §. si ab hostibus. Nā & aliæ quędam sunt in pendenti: ut ff. de vsufru. l. sed & si quis interdum. §. j. & in auth. de non eligen. §. hoc aūt. D col. j. & hoc ſm quosdam. Nos contra. * nam sui iurjs sunt. cū enim pater sit seruus hostium, & in eorum potestate: ut supra de iur ꝑsō. §. serui. ergo alium hr̄e non potest in potestate: vt ff. de acqui. rer. dom. l. homo liber. §. quicquid. & ff. de acquiren da possessione. l. cum hæredes. circa mediū. & ff. ad legem Iuliā de adulterijs. l. fic eueniet. & præterea eorum ratio uel sentētia est absurda, qui dicunt ꝙ hæc diuisio recipiat medium: vt C. de sen. pas. l. fi. circa princ.

Additio. Et de hoc dic ut per Ang. in d. §. si ab hostibus.

o *Potestate.* hoc verbum quinque modis accipitur. ut ff. de ver. sig. l. potestatis.

p *Simul.* nā ut dicit Aristoteles: Contrariorū eadem est disciplina: vt hic, & ꝯ. de tute. j, rñ. & ff. e. l. j. g Et est hic arg. ꝙ per notitiā unius immediatorum, peruenitur ad alterius notitiā. & faciūt ad hunc. §. ff. de procu. l. Pomponius. §. sed & is. ver. nam cum. & ff. eo. l. j. & ff. de præto. stipu. l. j. §. stipulationum istarū, & ꝯ. de tute. circa principium.

[*In potestate.*] Diuiditur in tres partes. Primo ponit q sint ī potestate dñorum. Secūdo, vnde dicta potestas descendit. Tertio duos

d) Imo est de iure gētium secū. Petrū hic.

e) Quod ē uerū quo ad patriā potestatē: secus quo ad dominicam: ut inf. e. §. in potestate, qā distingue ut ī §. serui supde iure ꝑsonarum.

f) Ista glo. in hoc reprobatur: qa innuit eos esse seruos: quod est falsum ſm Ange. & Por. hic.

* Et male Iaſ. & Por. Aegi. Per.

* Dic qā ĩspecto futuro statu sunt ī pendenti: sed inspecto presenti sunt sui iuris. Porc.

g) Quod est uerum indirectè cōtrarijs. & quoad cognitionem: ut hic. secus quo ad effectus uel iurisdispositionē: ut contraria est ratio. l. inter stipulantem §. sacrā. ff. de ver. obl. & l. i. ff. soluma. & l. per. C. de solu.

duos eius effectus. Secunda ibi, Quæ quidem. Tertia ibi, Nam apud. Angc. Are. CASVS. Domine iam video ꝙ prius intendistis tractare de dominica potestate: dicatis ergo mihi, si placet, qui sunt in potestate dominorum: & vnde descendit potestas, quam domini habent in seruos? Ad hoc respon. Iusti. di. certe in potestate dominorum sunt serui: & hæc potestas, quam habent domini in seruos, de iure gentium est. quæ tali liquet ratione. Nam apud omnes gentes perpendere possumus peræquè dominis in seruos vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcunque per seruum acquiritur, id domino acquiri censetur. Cum igitur ius gentium sit, quod peræquè apud omnes gentes custoditur, manifestum est istam potestatem de iure gẽtium originem sumpsisse. & hæc dicuntur usque ad illum, §. Sed hoc tempore &c. Franc.

1842. p3

In potestate itaque dominorum sunt serui. Quæ quidem potestas, iuris gentium [a] est. Nam apud omnes perequè gẽtes animaduertere [b] possumus dominis in seruos uitæ necisque potestatem esse: [c] & quodcunque per seruum acquiritur, [d] id domino [e] acquiri. [f] Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt. licet [g] sine causa legibus [h] cognita [i] in seruos suos supra modum sæuire. Nam ex constitutione [k] diui Pij Antonini, qui sine causa seruum suũ occiderit, non minus puniri iubetur, quàm si alienũ [l] seruũ occiderit. Sed & maior [m] asperitas dominorum, eiusdem principis constitutione coercetur. Nam Antonin⁹ cõsultus [n] à quibusdam præsidibus prouinciarum de his seruis, qui ad ædem sacrã [o] vel ad statuas [*] principũ confugiunt, [*] præcepit, vt si intollerabilis videatur sæuitia dominorũ, cogantur [p] seruos suos bonis conditionibus [q] vẽdere, quoquam, nec cuiquã hominum ius suum in aliquo detrahi æquum est: verũtamen in casu isto ipsorum dñorum interest ne auxilium ꝑ eorum sæuitiam uel intollerabilem iniuriam ipsis seruis iustè deprecantibus denegẽt. Nam si permitteret eis sæuitiã suam in seruos suos exercere: aut fortè seruos suos occiderent, aut eos fugitiuos efficerent: & sic ipsis seruis & corũ pretio carerent. Et ideo ò tu Aeli Mar. de ꝙrelis seruorum, ꝙ ex familia Iulij Sab. ꝓp eius sæuitiam ad statuas principum ꝙfugerũt diligenter cognosce: & si tu cognoueris eosdem durius habitos q̃ æquum sit, & intollerabili iniuria affectos, uenũdari iube. ita ꝙ decætero in potestatem Iuli Sabini non reuertantur. & si idem Iulius. Sabinus huic nostræ constitutioni fraudem fecerit, sciat nos hoc delictum aduersus se seuerius executuros hoc dicit. Franc. Aret.

Hic mos fugiẽdi ad statuã manuit à seruo Vedij Pollionis æquitis Ro. qui fugit ad pedes Aug. Cæsaris apud ipsum Vedium cœnãtis. vide Senecam, Tertul. Pe. Cri. & nostras annotat. hic Per.

a) Et hoc cõiter secun. doct. ī dominio vel ẽt possessione ex re peculiari acquisita ubi est multũ iuris: & ideo non opus ē animo, cũ acquiratur etiã ignorãti. l. cũ pater. §. furdo. ff. d leg. 2. secũ. Ial. secus ī ea quæ habet multũ facti: ut in prin. gl. & ista omnia possũt dici d filio respectu patris, uel fratrum, quo ad illicite acquisita: ut hic per Ang.

b) Intelligeistud uerũ in his quæ nunquã possunt quæri domino, sed bene ipsi seruo, aliàs secus etiã momẽto, ut dic. l. pla ect. in glo. alleg. secũdum Ial.

c) Ista opinio Ioan. approbatur hic per Per. de Bel. g. & Ang.

d) Nisi ꝓ. baret eum nõ ex vulneribus mortuũ: vt qa post triduũ surrexit, & cũ baculo incessit. vt nota. gl. in l. 1. C. de emen. seruo. secundũ Ial. hic.

*confugerunt.

[a] *Iuris gentium*. id est iur. gen. introducta: ut supra de iur. per. §. seruitutis.

[b] *Animaduertere*. i. in animo vertere & cogitare, ut dicit Cato.

[c] *Esse*. impropriè ponitur pro fuisse, vt statim colligitur. & ff. e. l. & erat eadem patris in filium: ut colligitur secundum unã literam. ff. de liber & posthu. l. in suis. & infra de noxa. actio. §. fi. in prin. & in glo. j. C. de pat. po. l. fi.

[d] *Acquiritur*. s. iustè, secundũ quosdam: ut ff. de acqui. possi. qđ seruus. in fi. Sed certe hoc esse non potest. nam si acquiritur, ergo domino: quia sibi non: ut ĵ. per quas person. no. acqui. § itẽ vobis. & ff. de acqui. hære. l. placet. quare dic, ꝙ semper domino quæritur, etiam si quid per dolũ vel metũ seruus acquirat: vt ff. ꝓ emptore. l. ij. §. Celsus. & §. Pomponius. & §. si seruus. a Sed hoc solo inspecto, an quęrat, puta si seruus stipuletur operas à liberto: vt ff. de stipu. ser. l. antepenultima. uel si aliud factum sit in stipulatione ut ĵ. de stip. ser. §. sed cum factum. nisi in casibus. quod dicut ĵ. de stip. ser. § sed cũ. Nec ob. d. l. quod seruus quia non quærit domino, ut sibi remaneat: nam tenetur reddere. Sed nunquid libertas data à domino, uel à lege (quod fit interdũ: ut C. de ser. qui ꝓ præmio liber. ac per totum. & in Authen. de mona. §. ij. col. j.) domino quæritur? Respondenõ. nã licet quæratur seruo, libero tamen non potest dari libertas: ut ĵ. de actio. §. sic itaque. & ff. de fidei liber. leg. generaliter. §. si homini. tñ eo ipso momento sic fit liber, ut dñm non habeat. b Et sic hæc oppositio est de puncto. sic & aliàs: ut hic uadit Romam, & hic facit murum. non est tñ verum eũ iuisse, uel opus fecisse: licet sit in vltimo momento perficiẽdi. Similis quæstio fit. ff. quod metus causa. l. extat.

[e] *Domino*. vel quasi dño: ut fructuario, & bo. fid. possi. quibus q̃ritur ex ij. causis, ut ĵ. per quas perso. nob. acqui. §. de his.

[f] *Acquiri*. Nota hic duos effectus dñicæ potestatis: & est terti⁹: vt non torqueatur in dominum: nisi in casibus: ut C. de quæst. l. j. & l. seruos. Accursius.

[*Sed hoc tempore.*] CASVS. in hoc §. vsq; ad fi. talis est. Dñe, iam video quæ fuit potestas dominorum ī seruos ſm iura antiqua: nunquid licebit dominis adhuc eandem potestatem in seruos exercere? Respon Iusti. quòd non. Nam hoc tempore nullis hominibus, qui sub nostro imperio sunt, licet sine cã legibus approbata in seruos suos. s. modum sæuire. Ex constitutione enim diui Pij Anto. cauetur, ut qui proprium seruũ occiderit sine ltĩma causa, non minus puniatur, quàm qui alienũ seruum interfeciſſet. Et non solummodo illos qui seruos occidunt, puniri iubemus, sed ẽt hi qui maiorẽ asperitatẽ, q̃ æquũ sit, in seruos exercent, eiusdẽ principis constitutione coercentur. Nam idem princeps consultus à quibusdam præsidib. prouinciarum, quid iuris esset de his seruis, qui ꝓp sæuitiam dominorũ ad ædes sacras & ad statuas principum confugiunt: in rescripto suo præcepit, vt si sæuitia dñorum circa ipsos seruos intolerabilis videatur, cogantur ipsi dñi seruos bonis cõditionibus vendere, & pretium de seruis venditis habitũ dñis deẽ. Sed domine, ꝙd vr̃ vobis de hoc statuo diui Pij Anto? Et certè dicit Iusti. nobis videtur ipsum recte statuisse. Expedit enim Reip. ne qs re sua malè vtaẽ Et verba scripta ipsius principis ad Achaiam Mar. proconsulem missa, sunt hæc, Dñorum quidem pratem in seruos suos illibata[m] esse, id est non deminutam, à quoquam, nec cuiquã hominum ius suum in aliquo detrahi æquum est: verũtamen in casu isto ipsorum dñorum interest ne auxilium ꝑ eorum sæuitiam uel intollerabilem iniuriam ipsis seruis iustè deprecantibus denegẽt. Nam si permitteret eis sæuitiã suam in seruos suos exercere: aut fortè seruos suos occiderent, aut eos fugitiuos efficerent: & sic ipsis seruis & corũ pretio carerent. Et ideo ò tu Aeli Mar. de ꝙrelis seruorum, ꝙ ex familia Iulij Sab. ꝓp eius sæuitiam ad statuas principum ꝙfugerũt diligenter cognosce: & si tu cognoueris eosdem durius habitos q̃ æquum sit, & intollerabili iniuria affectos, uenũdari iube. ita ꝙ decætero in potestatem Iuli Sabini non reuertantur. & si idem Iulius. Sabinus huic nostræ constitutioni fraudem fecerit, sciat nos hoc delictum aduersus se seuerius executuros hoc dicit. Franc. Aret.

[g] *Licet*, id est licitum est.

[h] *Legibus*. quia si seruus sciat insidias domino parari, & ipsi auxilium non tulerit, supplicium debet præstare, quod mortem interpretamur. sed & si accusauerit eum criminaliter (excep. crimi. læsæ ma.) aut si dominum uiderit periclitatem, & cum nõ adiuuerit, vel si immiscuerit se vxori suæ, uel aliis modis. A.

[i] *Cognita*. vt qa cum uxore sua inuenerit, vel in simili delicto, quo casu etiam occidere licet, ut ff. de verb. obli. l. qui seruum & ff. de leg. j. l. quid ergo. j. §. si hĩs. & ff. ad l. Iuliam de adult. l. Marito. §. j. si autem aliàs deliquerit, vel domino non obedierit: legitime eum corrigere potest, non tamen vltra modum boni uiri arbitrio comprehensum, vt C. de emen. ser. l. j. Sed nunquid sine causa uerberare potest? Respon. sic modice, secun. Io. c vt C. de emend. seru. l. j. licet Pla. dixit, quòd non. aliter si nimis corripiat sine culpa: tenetur vel vendere, uel dare: ut hic sequitur, & ff. eodem tit. l. j. ADDITIO. Hæc glo. communiter approbatur, & dicunt doc. idem in marito erga vxorem, & in magistro erga scholarem, in patre erga filium, in abbate erga monachum, quia potestas tributa magistro erga scholarem, intelligitur tributa marito in uxorem. leg. sed & si quemcunque. §. fi. ff. ad l. Aquil. Christoph.

c) Ista opinio Ioan. approbatur hic per Per. de Bel. g. & Ang.

[k] *Constitutione*. cuius uerba sunt infra eo. §. fin.

[l] *Alienum*. Sed certè qui alienum seruum occidit, l. Aqui. tenetur, vt ff. ad l. Aquil. l. ij. in prin. & ĵ. ad l. Aquil. in prin. quę actio hic locum habere non põt, cum non dño, immo contra dominum daretur, quod esse non debet: ut ff. ad l. Aquil. itẽ Mela. §. legis. Sed dic, ꝙ hoc quod hic dicitur, est uerum quãtum ad criminalem pœnam legis Corne de sic. vt ĵ. de pub. iu. §. itẽ lex. quæ pœna tam in seruis, quàm in liberis locum habet: vt ff. ad l. Cor. de sic. l. j. §. j. d Interdum etiam ciuiliter tenetur, si alterius interest, vt creditoris: ut ff. de pig. l. seruum quem quis. uel fructuarij: ut ff. ad l. Aquil. l. sed & si proprietatis. & ff. de dolo. l. & eleganter. §. si seruum usuarium.

d) Nisi ꝓ. baret eum nõ ex vulneribus mortuũ: vt qa post triduũ surrexit, & cũ baculo incessit. vt nota. gl. in l. 1. C. de emen. seruo. secundũ Ial. hic.

[*Sed &.*] Diuiditur iste. §. in quinque partes. Primo ponit dictum in genere. Secundo illud exemplificat, & rationem reddit. Tertio ponit uerba rescripti, de quo fit mentio in principio. §. Quarto concludit. Quinto minatur officiali non obseruanti legem istam. Secũda ibi, Nam Antoninus. Tertia ibi. Cuius rescripti. Quarta ibi, Ideoque. Quinta ibi, Qui Sabinus.

[m] *Maior*. idest magna, uel maior quàm æquum sit.

[n] *Consultus*. i. interrogatus. sic. ff. de pact. l. item quia §. fi. Vnde illud, Consulo te, quærens: tibi, consilium dans. Accur.

[o] *Aedem sacram*. ad quæ loca olim & hodie confugiunt. circa quæ distingue ut diximus in Auth. de manda. princip. §. neq; aũt, in gl. cogẽtur: col. iij. ADDITIO. Et iuuant̃ secund. Io. Fab. & Ang. qñ sine armis, nullo præcedente delicto, sed propter domini sæuitiam, vel ẽt sui criminis grauiorem punitionem confugiunt, ut hic, aliàs non: ut leg. si seruus. & leg. fi. §. adiiciẽtes. uersi. & hoc quidem. C. de his qui ad eccles. confug. & cap. inter alia. extra de immu. eccle. Sed de iure canonico nõ iuuatur delinquens in eccl. ca. fi. extra eo. titu. aliàs sic, nisi esset publicus latro: ut dicto cap. inter. & idem per omnia intelligas de cœmeterio: ut xvij. q. iiij. c. si quis contumax. Ang

[p] *Cogantur*. Nota hic, ꝙ aliquis cogitur uendere rem suam.

[q] *Bonis condi.* s. ut pretium habeat: & ad dominum non reuertantur:

tanturaut j. §. proxi. & ſ. §. ſed hoc. in fine. & ne ſimili pena ante riorum afficiantur, vel ne exponantur, vel proſtituant̃, vel exportentur, vel vendantur amodo: vt j. proxi. §. & §. fi. Accur.

a *Recte.* ſcilicet præcepit.

b *Male.* qa intereſt prıcipis locupletes ſub ſe habere ſubiectos: ut in authen. vt iud. ſine quo. ſuf. §. conſideraui-mus. colla. ij. quod non contigeret, ſi cuilibet ſeruos ſuos liceret occidere. Et not. q̃ illud idem quod intereſt priuat̃ principaliter, & rei pub intereſt ſecūdario: vt ſ. diximus de iuſt. & iur. §. fin. Arg. contra. ff. ſol. ma. l. etiam. §. licet. * & l. ſi conſtante. §. ſi maritus. Accurſius.

*Solue ſecundum doct hic. Et dic nō teneri de culpa, vt ibi: ſed de ſæuitia & dolo ſic: vt hic; qa ex facti qualitate præſumitur vt l. 1. ff. de dol. excep.

c *Vtatur.* Nota, qusd quandoque detrahitur res inuito domino, propter odium dominorū vt hic: quandoq; fauore religionis: vt ff. de relig. l. ſi quis ſepulchrū. quandoq; fauore libertatis: vt j. de dona. in fi. qñque fauore vltimæ voluntatis: vt ff. de lega. j. l. ſi fideiuſſor. §. ſi meminiſſe. & hoc eſt contra regulā: vt C. de contrahen. empt. l. inuitū.

d *Martianum.* proconſulem Beticæ, aliàs Euticæ, ſeu Vticæ vrbis: vt ff. eodem l. ij. in principio.

e *Dominorum.* Hincinde allegat, & primo duas pro dominis rationes, vel dicta ponit.

f *Illibatam.* id eſt non deminutam.

g *Intereſt.* id eſt eis proderit, vt ſeruos non perdant. & dic denegetur. ſ. à nobis. vel dic intereſt, id eſt ad eos pertinet, ne denegetur, ſcilicet à dominis: cum ſorte vxor, vel filii, vel alij domini familiares inferant hoc. ſed prima verior.

h *Iniuriam.* quam patiuntur iure naturali inſpecto, non iure ciuili: vt infra de iniur. §. ſeruis.

i *Denegetur.* ſic. ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. quod autem.

k *Infami.* id eſt infamata, ſeu magna iniuria.

l *Fraudem.* vel euidentem, quia non obedit: vel callidam, dicens non eſſe illum ſeruum qui fugit.

DE PATRIA POTESTATE.

Quia ſupra dixit de his qui ſunt in poteſtate dominorum; ideo ſubiungit de his qui ſunt in poteſtate parentum: vt promiſerat ſupra titu. j. § j. Aret.

IN *poteſtate.*] Totus iſte titu. diuiditur in quatuor. partes. Primò ponit dictum in genere, q̃ ſunt liberi in noſtra poteſtate. Secundò definitionē nuptiarū uel matrimonij. Tertio, q̃ habēt filios in poteſtate. Quarto ex prædictis infert ſpecificādo, qd̃ primo dixerat. Secūda ibi, Nuptiæ. Tertia ibi, Ius aūt. Quarta ibi, Qui igit̃. CASVS. Acceſſi ad Iuſtinianum, & quæſiui ab eo, Dñe, vos vultis tractare de patria poteſtate, dicatis ergo mihi, q̃ ſunt in patria poteſtate? Ad hoc rñ. Iuſtinianus dicens, In poteſtate noſtra ſunt liberi, quos ex iuſtis nuptiis procreauimus. Sed quid domine? iam uideo qui ſunt in pat. pote. dicatis mihi, quid eſt matrimonium, ſeu nuptiæ? Ad hoc reſpon. Iuſtinianus, quòd nuptiæ ſiue matrimonium, eſt uiri & mulieris coniunctio indiuiduam uitæ retinens conſuetudinem. & hoc uſque ad illum. §. Ius autem. Fran. Accurſius.

a) Et ideo ab ea potius quā à patre denominatur q̃ a maiora ſuſtinet onera. Eſt. n. ante partū onerosa: ī partu doloroſa, & poſt partum laboriosa, vt extra de conuer. in fidel. c. ex literis.

b) Iſta gl. nidetur male dicere per l. cū fuerit. ff. de cōd. & demon. & per l. nuptias. ff. de re iudi. & 27. q. 2. in prin. Ang.

m *In poteſtate.* Hoc uerbum multis modis ſumitur: ut ſupra proxi. titu. diximus. §. j.

n *Ex iuſtis.* quæ ſint iuſtæ, dicitur. j. titu. proxi.

o *Nuptiæ.* & dicuntur ab obnubendo, id eſt uelando, qa uelatæ incedere debent, ut ait Iſid. Sed matrimoniū dicit̃ ideo, qa mulier nubit, ut mater fiat. a & hæc duo nomina) licet diuerſis rōnibus) idē ſignant. Itē coniugium, & ꝓnubium, & cōſortiū: ut ff. de rit. nup. l. in eo iure. §. hoc caput. licet hoc ultimum qñque inter ſeruos accipiat; ut C. de ſer. fug. l. fin. inter quos proprie dicitur contubernium: ut C. de inceſt. nup. l. cum ancillis.

p *Coniunctio.* animorum, non corporum tantum: b ut ff. de reg. iur. l. nuptias. & illa coniunctio animorū, ſignificat unioue q̃ conſiſtit inter deum & iuſtā animā. Vnde Apoſtolus, Qui adhæret deo, unus ſpiritus eſt cum eo. Reliquum, ſ. coniunctio corporum, deſignat conformitatē quę conſiſtit ī carne inter Chriſtum & ſanctam eccleſiam, id eſt humanum genus. Vnde euangeliſta, Verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis.

ADDITIO. Vide cap. debitum. extra de bigamis.

q *Indiuiduam.* quo ad affectionē: ſic ſ. de iuſti. & iu. in prin. Actu enim plerunq; fit ſeparatio tam iure ueteri, q̃ nouo permittēte: ut C. de repu. l. conſenſu. in prin. & in auth. de nup. §. ſi ergo. col. iiij. & in auth. ut li. ma. & aui. §. quia uero. col. viij. Sed nunquid hanc affectionem hēt aliquis ad concubinam qñque? Certe ſic: & ideo adijcias huic definitioni, diuini & humani iuris cōicatio: ut ff. de rit. nup. l. j. Diuini: quia eiuſdem ſectæ debent eſſe, ut nō ſit unus Chriſtianus, & alter Iudæus: ut C. de Iud. l. ne quis. Humani, quia forum uiri ſequitur uxor: ut ff. ad muni. l. fi. §. ij. ſed ſecus eſt in concubina, vel qualibet minus legitima vxore: vt ff. ad muni. l. de iure. §. fi. licet cōcubinatus iure permittente ſit ff. de concu. l. in concubinatu. in fi. c Neque ualet oppoſitio de matre ad filium quia ibi non eſt talis ꝙſuetudo, qualis ad vxorem: ut j. titu. j. §. ergo. & in authē. quomo. oportepiſc. §. j. col. j. & §. uolumus autem. ibi, Sed aut ſolæ, &c.

* Vide in hunc locū Alci. li. diſpun. 2. c. 22. multa enim pulchra ī hāc rē diſſerit. c) Scilicet ſpāli, nec ſufficeret generalis ſiue uniuerſalis. nec ratiha bitio poſtea ſequ. ut not. gl. in l. 3. §. ſed utrū. ff. de mino. & hæc uera: niſi ſimul cū patre agat, uel cō ueniatur. d) Itē niſi ī cauſa criminali, uel in caſibus, ubi patri non quæritur vſufru. ſecundum Ang. hic. Itē nūi ſit tutor alicui⁹ uel procu. c §. generaliter. de re. lib. 6. laſe) Adde hic ſeptimum ſecūdum doct. quia in atrocioribus delictis, filius qui ē in poteſtate patris, non excuſatur propter iuſsū patris, & in delictis atrocioribus minus punitur, licet non excuſeturin to tum, ut ff. de reg. iur.

r *Ius autem.*] CASVS. Dñe, dicatis mihi ſi placet, quorū propriū eſt ius pat. po. Ad hoc rñ. Ius pa. po. qd̃ in liberos hēmus. propriū eſt ciuiū Romanorū. i. liberorū omniū de Rom. imp. Nulli. n. alij hoīes ſunt, q̃ talē poteſtatē habeāt in liberos: qualē nos habemus. Sed dñe dicatis mihi, qui ſunt in pat. pot. Ad hoc rñ. Iuſt. Amice diximus ꝙ illi ſunt in poteſt. noſtra, quos de iuſtis nuptiis procreauimus. Ex hoc igit̃ manifeſte liquet, ꝙ illi qui ex te & legitima uxore tua naſcuntur, in tua ptāte ſunt: ut proprij tui filij, qui ex filio tuo & vxore eius naſcūtur, ut nepotes: & idē eſt in pronepote, & cæteris deinceps per maſculinā lineā deſcēdētibus. Sed quāquā dixerim nepotes natos ex filio, in tua eſſe ptāte: ſecus tñ in nepotibus natis ex filia. Nā q̃ ex filia tua naſcuntur, in ptāte tua non ſunt, ſed in poteſtate patris eorum. & hæc dicuntur uſque ad ſi. tit. Fran. de Aret.

r *Ius autem.* qd̃ conſiſtit in ſeptem. Primò, qa neceſſitate famis pater filiū vendere pōt, vel obligare: ut C. de pa. qui. ſi. diſ. l. ij. Secundò, quia ab eo in ius uocari non pōt: ut C. de in ius uoc. l. ſi. Tertiò, qa nec cū eis agēdo iudiciū hñe poſſumus: ut ff. de iud. l. lis. Quartò, quia per eū acquirimus: ut j. per quas perſo. nob. acq. §. j. Quintò, quia ī iudicio ꝙ aliū ſine licentia noſtra eſſe nō pōt, ut C. de bo. quæ libe. l. fi. §. j. d Sextò, quia eo inuito ſua bona aduentitia adminiſtramus: ut j. ꝙ quas perſ. no. acq. §. j. Quidā tñ dixerunt, ꝙ alimēta adinuicē hoc iure præſtant̃: qd̃ falsū eſt. cū in emācipatis ēt hoc ſit: ut ff. de lib. ag. l. ſi quis à liberis. ī prin. Itē ciuilis obligatio inter nos eſſe nō pt̃: ut j. de inuti. ſtip. §. itē inutilis. e Eſt & octauꝰ, ut poſſim petere filium in meā poteſtatē. Circa q̃ dd̃iſtingue: quia aut à nullo detinet̃, aut ab aliquo. ſi ab aliquo: uolēs, an inuitus. Primo caſu petā eū ꝓ officiū iudicis. ff. de lib. exhib. l. iij. §. hoc autē. & præiudiciali actione in rē agā: ut j. de act. §. p̃iudiciales. nō interdicto, niſi ī caſu: ut ſi uolo eū adire hæreditatē, in qua factus eſt hæres: ut ff. de acq. hære. l. ſi quis mihi. §. iuſſum. & de lib. exhi. l. ſi eū. In ſecūdo eadē auxilia locum hñt, & plura, ſ. rei uindicatio de iure Ro. ut ff. de rei vind. l. j. §. j. In tertio locum habet interdictū de lib. ho. exhi. Item actio in rem de iure Quiritum, ut ff. de rei vind. l. j. §. j. & de lib. exhi. l. j. j. reſpon. Accurſius.

Proprium eſt ciuium. Iam inde à Romulo moribus receptū. l. pre furioſo D. his q̃ ſunt ſui vel al. iur. atq; ideo popullaris ſubſtitutio, quæ fit iure patriæ poteſtatis ēt moribus recepta eſt. Cuia.

Romanorum. i. omnium qui ſunt de Rom. imp. aliæ uero gētes quædam ut ſeruos tenent filios: ut Sclaui aliæ ut prorſus abſolutos, ut Francigenæ, ideo caute dicit infra talem qualem.

ADDITIO. Dū dicit ꝙ filij Francigenarū nō ſunt in ptāte parē. ad hanc glo. vide Lare. Pinelum. in Lubrica. C. de Gorgonarum ſeruis p. n. q. ubi poſt longam diſputatiō concludit Gallos, Hiſpanos, & filios habere in eos modū receptum eſſe, etiam ure cōi ſtatutum ſit, nec reperiatur immutatum per vlia eoꝝ Regnoꝝ. Debet ſeruari in cōmune.

fecerit, ſciat me hoc admiſſum aduerſus ſe ſeuerius executurū.

TITVLVS IX.

DE PATRIA POteſtate.

IN poteſtate [m] noſtra ſunt liberi noſtri, quos ex iuſtis [n] nuptijs procreauimus. Nuptiæ [o] autem ſiue matrimonium eſt viri & mulieris coniunctio [p] indiuiduam [q] vitæ conſuetudinem retinens. Iuſt. 2. p. 4.

Patria poteſtas iure Romano inſtituta fuit: ſolisque Romanis propria ac peculiaris eſt.

Ius autem [r] poteſtatis, qd̃ in liberos habemus, propriū eſt ciuium Romanorum. [s] Nulli enim alij * ſunt homines, q̃ ta-

tum:adde ꝙ hanc gl.in hoc reputat unicam & singu.Bal.in c.j. §.si duo fratres.aliàs ille.§.est.c.ij.in ti.de fra. de nouo be. inue. Hanc ēt gl.Bal.cōmendat in c.j.an maritus succ.uxo.in benefi. & vide totum in l.pe.in fi.de char.C.qui test.fac.pos.& in d. c.j. an mari.succ.vxo.in benefi.dicit Bal.ꝙ ista gl.est sing.Et eam ēt dicit sing.Ias. ad hoc ꝙ rex Franciæ non est sub imperio Romano.Ias.

ad ea. secundū Pe. de Bel.per hic.

a *Ex uxore.*aliud si ex cō cubina:ut j̄.ti.j.§.fin. uel incesto coitu natus : ut in auth.quib. mod. nat. effi.leg.collat.vj.§.fin.

b *In tua.*si tñ tu sis tui iuris,nō aliàs:ut ff. ad leg. Iu.de adul.l.sic euen.

c *Non sunt.* quia qui nascuntur, patris familiā sequuntur: ut j̄. de leg. ag.tu. §. j. ADDITIO. Et in hoc sequitur conditionem patris:vt ff.de stat.ho.l.cum legitimæ.

DE NVPTIIS.

Supra a tit.proxi. in princ. dictum est, quod in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis. nuptijs procreauimus ideo hic subiungitur inter quos dictæ iustæ nuptiæ contrahatur. Are.

IVstas autem. Iste tit.diuiditur in viij.partes. In prima ponit, qui possunt c̄here matrimonium,& qualiter, subijciendo qōnem de filio & filia furiosi. Secunda ibi,Ergo nō oēs.vbi ponit gñaliter & spāliter quasdam esse personas. inter quas non pōt esse mr̄imonium.s.inter ascēdentes & descendentes,Tertia ibi,inter eas.ubi ponit inter quas psonas ex collateralibus ēt coniūctis per adoptionem p̄t fieri & nō fieri mr̄imoniū Quarta ibi, Adfinitatis.ubi ponit inter quas personas nō p̄t fieri mr̄imonium rōne adfinitatis.Quinta ibi, Illud certum.vbi ponit qualiter matrimoniū prohibetur rōne seruilis cognationis.Sexta ibi,Sunt &alię,ubi ponit gñaliter quasdā esse alias personas,inter quas non p̄t cōstitui matrimoniū. Septima ibi,Si aduersus.annullat matrimonia c̄ta c̄ iuris prępcepta,& quicquid secutū est exinde.& punit c̄ facientes.Octaua ibi,Aliqñ.vbi ponit de filijs naturalibus,& qūo possunt ltīmari.Item prima pars principalis diuiditur in tres partes. Nam in prima ponit dictum gñale.In secunda illud declarat. In tertia determinat incidentem quæstionē.Secūda ibi,Masculi.Tertia ibi,Vnde quęsitum.s̄m Porc. CASVS. Accessi ad Iustinianum,& ita quęsiui ab eo:Dñe,vos vultis tractare de nuptijs dicatis igit̄ mihi,quę sunt iustæ nuptiæ? ad hoc rñ.Instinia.dicēs iustæ nuptię sunt quas inter se ciues Romani,i.liberi homines s̄m præcepta legum cōtrahunt, uidelicet masculi puberes, & fęminæ viripotentes. & hoc est uerum siue sint patresfam. qui nuptias contrahunt: siue filijfamil.dum tamen fi. fa.de cōsensu parentum in quorum sunt potestate, nuptias cōtrahāt. Nam ꝙ fi.fa.de consensu parentum, in quorum est potestate, debeat c̄here:tā ciuilis quàm naturalis ratio suadet : intātum etiam ꝙ iussus parentum in matrimonio à fi.fa.contrahendo præcedere debeat.vnde quia consensus parentum requiritur, apud ueteres dubitatum fuit & quęsitum,vtrum filiusfa.alicuius furiosi possit nubere & c̄here matrimonium, cū pater furiosus consentire non possit.Et certe licet de filia facili cōsenserint antiqui.s.ꝙ ipsa possit sine cōsensu patris nubere,in filio tñ varij in varias sententias declinauerunt:sed tandem ad huius modi dubitationem ueterum sopiendā nostra processit constitutio:cuius auctoritate permissum est vt ad exemplum filię furiosi,filius furiosi sine paterni cōsensus interuentu uxorem ducere possit:s̄m tñ modum in eadē constitu.expressum.h.d. usque ad §.ergo. Fran.

b) Citra tamen domini præiudiciū.c. j.& ibi gl. extra de coniugio fer. quam ueram intellige nisi domino sciente & nō contradicente,ut C.de la. li. tol.uel altero coniugum errāte in cōditione p̄sonę si errantis fiat cōditio deterior, aliàs secus secundum Ioā.Fa. & Ang.

d *Ciues Romani.*i.liberi hoīes:ut ff.de liber.§.fi.serui ergo non faciunt mr̄imonium,sed cōtubernium: b ut hic: & C. de īce.nu. l.cum ancillis.& ī auth.de nup.§.si vero decretū.ver. si vero ab initio.col.iiij.Sed aliud est iure canonum, c qđ prævalet: ut in auth.de eccle ti.in prin. & in glo.colla.ix.ubi dicitur, ꝙ cano-

c) Dic qđ

nes sunt seruandi pro legibus.

c *Præcepta.* quæ sunt j̄.eo.tit.per totum,& ff.eo.& C.eo.tit.per totum,vt colligemus in magna glo.j̄.eo:§. sunt & aliæ.

f *Puberes.*id est maiores xiiij.an vt j̄.qui.mo. tute.fin. in princ. ADDITIO. Hæc gl.non bene loquit̄. nam licet quo ad tutelas & testamenta ille appellet̄ pubes,q. xiiij. annum cōpleuit, si vir sit: aut.xij. si mulier fuerit: quo tñ ad matrimonia c̄henda appellant̄ pubes, quum primū coire possunt: non igit̄ in matrimonio copulando pubertas cognoscit̄ ex annorū numero,sed ex potestate coeūdi.c. puberes. extra de despon. impu.secūdū Christop.

pubertas attēditur ex annis: vt l.si vxor §.si mino. ibi, mox apud ff.ad l.Iul. de adul.& l.minorem. ff. de rit.nup. & ita loq̄tur gl..hic sed de iu. can.attēditur pubertas ex potestate coeundi: vt c. puberes. extra de despōsio. impuber.

g *Viri potentes.* i. maiores.xij. ann. j̄.quib.mō. tu.fi.j.rñ. sed in sponsalibus. vij. anni sufficiunt vt.ff.de spon.l.in sponsalibus.Sd̄ nunqd hodie. xv. anni sunt necessarij ad matrimonium,vt in authen.de tempo. non solu.pe.super do. §. nouimus colla.vij? Rñ.lex illa consuetudinem & frequentiam hominū ponit. aliud de iure, ut hic.Item quid si aliquis antequam istud tēpus attingat,inuētus sit sufficiēs ad matrimoniū? Videtur ꝙ nubere possit:vt ff. qñ dies lega. ce. l. pe. quasi felici diplomate vsus:vt ff.de verb. oblig.l.ꝙtinuus §.cum ita.d Sed c̄ dico:immo.l.Iulia de adulterio & stupro commisso poterit puniri:vt ff.de adul.l.inter liberas.j.rñ.& est pro hoc.ff.de concub.l.j.§. fi. Si aūt de facto intra dictum tempus vxorem qs acceperit, tunc erit vxor, cum ad ætatem prædictam peruenerit:vt ff.de rit. nuptia. l. minorem. ADDITIO. Pro notatis in hac glo.vide.c.puberes. extra de despon.impu.vbi opinio gl.videt̄ reprobari.Et ꝑ fine huius gl. uide.c.j.de despon.impu.lib.vj.An aūt mulier possit c̄here matrimonium ante.xij.annum? Dic secundum Io.de Pla. ꝙ sic:vt puta ꝓp pacem:vt ca.ij.de despon.imp.Item si malitia suppleat ætatē:vt c.j. de coniu. ser. &c. de ills. de despō. impu. qa maius periculum est in ea, q̄ in masculo , ꝓp calidiorem sanguinē ad luxuriandū,& fragilitalem sexus:vt j̄.in gl.q̄ incipit,Nā de filia.

e) Si consilium sit reuerentiæ, est de necessitate obediendum.secus si ꝑfectionis.glo. est ordi. in c. ad aures. de æta. & qualitate. quæ est gl. fin.

f) Quod uerum est de honestate non de necessitate:vt 27. q.2.c.sufficiat. in gl. Io.& 32.q. 3.hoc sanctum. ī gl. & extr. de spon. c. cū locum. & de rap. c. cum causa Ia. Vel ꝙ hic dicitur. verum est de iure cū secus.de iure can.Acgid. P.

h *Patresfamilias.*s.qui sunt iuris sui,cuiuscunq; ætatis sint, & sic matresfamilias.sed filij & filiæfa.q sunt in potestate, cuiuscūq; ætatis sint:vt ff.de his q sui vel alie.iu.sunt.l.nam ciuium . Acc.

i *In potestate.* quid ergo de emancipatis? Videtur idem: vt C. eo.l.viduæ.sed illud consilium,e nō præceptum. Quòd autem possit filius emancipatus,dicitur.ff.de contra tab.l.iij.§. si emācipatus.& ff.de rit.nup.l.filius emancipatus.

k *Et ciuilis.* quia est in potestate de iure ciuili Ro.vt.s̄.tit.j.§.ius.

l *Et naturalis.* quia pater:vt ff.de iusti.& iur.l.ij.vel.quia proauus: vt j̄.de pupill.substi. §.ij.

[*Ciuilis,*]Post patria potestas.Naturalis,i.Ius gentium:quo videlicet comparatum. i.vt parentibus & patriæ paramus.Cu.

[*Iussus.*]Pro volūtas,vt in l.si suspecta.§.qm̄ de Inof.test.D.Cu.

m *Debeat.*aliàs non valet:vt ff.de statu hom.l.Paulus rñ.f videtur tamen consentire,nisi contradicat expresse.vt ff. de sponsa.l.in sponsalibus.in fi.

n *Vnde.* quia patris consensus. exigitur.

o *Possit.*Videtur quòd non,cum pater non possit consentire: vt ff.de iure codi.l.ij.§.furiosus.

p *Super filio.* nam de filia facile consensum fuit: quia fortè calidior sanguis est in ea:vt in auth.de nō elig.§. cum igitur. colla. j.vel verius propter fragilitatem sexus.Arg.j̄.quib.alie.licet. in princ.sed prima non placet.

q *Decisio.*id est sententia vel lex: vt C. eo. l.si furiosi.

r *Qua.* decisione.

f *Furiosi.* Idem & si captus fuerit, & abfuit pater p triennium; vl̄ si nescit̄ an viuat,vel nō:vt ff.de ri.nu.l.si nepos.§.fi.& l.si ita.

t *Secundum datum.* s. cum authoritate curatoris patris.& dote

secundum quantitatem patrimonij patris data: vt C. eo. l. si furiosi. in fi. sed iure canonum sufficit consensus eorũ, de quorũ matrimonio agit. sed illud fortè in alijs, nõ in filiisfamilias intelligit. vel credo q̃ hoc corrigitur: quia ita honesta est res q̃here matrimoniũ, * sicut & intrare monasteriũ: ut in auth. de sanctiss. episcop. §. sed & hoc p̃senti. colla. ix.

* Matrimoniũ cõtrahere, ita honestũ est, sicut monasteriũ intrare: & ideo sicut tenet ingressus monasterij sine cõsensu curatoris, ita tenet & matrimoniũ secundũ Ange. hic. Aegi. Pet.

Ascendentes cum descẽdentibus naturali, uel adoptionis uinculo cõiunctis, nuptias celebrare nequeũt: idẽq; iuris est & si emãcipatione soluta sit adoptio.

[*Ergo.*] Diuiditur in qn que partes. Primò ponit unum dictum. Secũ cundo ponit ratione dicti. Tertiò suum dictum specificat. Quartò ponit, qd resultat q̃hendo cum aliqua deprohibitis hic. Quintò extendit ad filios adoptiuos. Secunda ibi, nam à quarũ dã. Tertia ibi, Inter eas. Quarta ibi, Et si tales. Quĩta ibi, Et hæc adeo.

Ergo[a] non oẽs[b] nobis uxores ducere licet, nam à quarundam[c] nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas quæ parentum† liberorumue locũ inter se obtinent, contrahi nuptiq nõ possunt: ueluti inter patrẽ & filiam, uel auũ & neptẽ, uel matrem & filium, uel auiam & nepotẽ, & usq; in infinitũ.†[d] Et si tales personæ inter se coierint, nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeò uera sunt, ut quãuis per adoptionem parentũ liberorũue loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio iũgi, in tantum ut etiam dissoluta adoptione idẽ iuris[e] maneat. Itaq; eam quæ tibi per adoptionem filia uel neptis esse cęperit, non poteris uxorem ducere, quamuis eam emancipaueris.

† Quorũ appellatione ueniũt parẽtes & liberi in infinitũ: ff. in Iac.

Inter fratrem & sororẽ ex utroque uel altero parente prognatos, coniugium consistere neq;

Casvs. Dicit Iustinianus inferendo ex prẽcedentibus: ex quo dictũ est. s. q̃ liberi homines, qui secundũ præcepta legum coierunt, iustas nuptias contrahunt: ergo manifestè patet q̃ non licet nobis quamlibet uxorem indistincte ducere. Nam à quarundã mulierũ nuptiis, cũ q̃bus leges q̃hibent, abstinendum est. Nã inter eas personas, q̃ parẽtum locũ inter se obtinẽt, nuptiæ contrahi non possunt: ueluti inter patrem & filiam, uel auiam & nepotem, uel matrem & filiũ uel auum & neptem nuptiæ prohibitæ sunt: & non solum inter istas psonas, sed ẽt inter omnes superiores & inferiores directò existẽtes usque ad infinitum. Et si tales personæ inter se coierit, nefarias atq; incestas nuptias inter se contraxisse censentur. & hęc intantum sunt uera, vt ẽt si aliqui per adoptionem loco parentum uel liberorum sibi esse cœperint: inter eos tñ nuptię consistere non possint. & licet ẽt per emãcipationẽ adoptio dissoluta fuerit, idẽ tñ iuris erit: ut si aliquã adoptaueris tibi in filiã aut neptẽ: licet postea eam emancipaueris, eam tñ in uxorem ducere non poteris. hoc dicit usq; ad §. inter eas. Franciscus de Aret.

† Siue ex legitimo q̃itu nati sint, siue non. l. & nihil. ff. de ritu nup. secundum Ang. Aeg. Per.

a *Ergo.* qa secundũ præcepta legũ fiunt matrimonia, ergo &c.
b *Non omnes.* scilicet mulieres.
c *Quarundam.* scilicet mulierum.
d *In infinitum.* adeo vt si Adam hodie viueret, non posset habere uxorem: secundũ Io. vt ff. de rit. nup. l. nuptiæ consistere.

Additio. Et hæc uera, siue sint ex legitimo matrimonio, siue non: ut ff. de rit. nupt. l. & nihil. secũdum Io. de Pla. & Ang.

e *Idem iuris.* ut non possint coniungi. Additio. Dic secundũ Petrum de Bel. Per. q̃ hoc est propter publicæ honestatis iustitiam: aliàs diffamaretur: quia in copulandis nuptiis semper inspicitur honestas: vt leg. semper ff. de rit. nup. secundum Io. de Pla. & Ange.

[*Inter eas.*] Diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum in genere in transuersalibus. Secundò illud specificat in transuersalibus cõiunctis p̃ sanguinẽ. Tertiò de coniunctis p̃ adoptionẽ. Quartò infert ex prædictis unũ casum. Secunda ibi, Sanè. Tertia ibi, Sed & si. Quarta ibi, Et ideo. Casvs. Dñe, iam uidi de impedimentis nuptiarũ interuenientibus in linea recta. an eadem sit obseruatio in linea transuersali? Respondet Iustinianus, q̃ sic. Nam certè inter eas personas, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædã obseruatio, licet nõ tanta, quãta est in linea directa. Nam certè inter fratrẽ & sororem nuptiæ omnino prohibitæ sunt: & hoc siue habuerint eũdem patrẽ tm̃, & matrem diuersam: siue eandem matrẽ tm̃, & patrẽ diuersum. Et non solũ modo inter fratrẽ & sororẽ natu-

rales, nuptiæ p̃hibitę sunt, sed & inter adoptiuos. Nã si aliqua mulier cœperit tibi esse soror p̃ adoptionẽ: quãdiu durat adoptio, inter te & ipsam nuptiæ cõsistere non possunt. si tñ per emancipationẽ postea dissoluta adoptio fuerit, iam cessat tibi soror esse: vñ eã in uxorẽ ducere poteris: cũ nec naturali, nec ciuili iure tibi cõiuncta sit. Et nõ solummodo si ipsa fuerit emancipata, eam ducere poteris: sed ẽt si tu à patre emancipatus fueris, nihil inter te & ipsam nuptijs contrahendis obstabit. Vnde si qs generũ suũ velit adoptare: primò debet filiam suam emãcipare: & similiter si qs voluerit nurũ suam, id est uxorem filij sui in filiã adoptare, primò debet filium suum eiusdẽ mulieris maritũ emãcipare. nam si esset in potestate eiusdem: nuptiæ nõ possent inter eos cõsistere. Et non solum p̃hibitę sunt nuptiæ inter p̃dictas personas, sed ẽt nõ licet alicui fratris sui uel sororis suæ filiã ducere, nec ẽt neptem: licet ipsa in quarto gradu sit. Cuius. n. filiã ducere uxorẽ qs non põt: nec eius neptẽ ducere poterit. Sed licet filiam sororis naturalis in uxorem ducere nõ poteris; secus tñ est in filia sororis adoptiuæ. Nam filiã sororis illius mulieris quam pater tuus in filiã adoptauit, ducere non prohiberis uxorẽ: quia neque iure naturali, neque iure ciuili filia sororis adoptiuæ tibi cõiuncta est. Sed ẽt filiam uel neptẽ sororis naturalis

A

quod ius ad adoptiuos fratres (quamdiu adoptionis uinculum permanet) etiã trahitur: eo verò soluto, nihil obstat nuptijs contrahendis.

B

Inter eas quoque personas quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur, est quædã similis obseruatio: sed nõ tãta.[f] Sanè enim inter fratrem sororemq; nuptiæ prohibitæ sunt: siue ab eodem patre eademque matre nati fuerint, siue ab altero eorũ. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit: quãdiu[g] quidem constat adoptio, sanè inter te & eam nuptię consistere non possunt. Cum verò per emancipationem adoptio sit dissoluta,[h] poteris eam uxorẽ ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimẽto nuptijs. Et ideo cõstat, si qs generum[i] adoptare uelit, debere eum[k] antea[l] filiam[m] suam emancipare: & si qs uelit nurum[n] adoptare, debere eum antea filium suum emancipare.

C

Fratris verò uel sororis filiam, uxorem ducere non licet. Sed nec neptem fratris uel sororis uxorẽ ducere nõ poteris. Liberi quoque duorũ fratrũ, uel sororum, uel liberi fratris ex una parte, & sororis ex alia, nuptias inter se q̃here possunt. Itẽ amitã tuam uxorẽ ducere nõ poteris nec ẽt materteram: quia parentum loco habentur. Et eadẽ ratione magnam amitã & magnam materterã uxorem ducere prohiberis. h. d. usq; ad §. adfinitatis quoque. Franc. de Aret.

f *Sed non tanta.* s. vsque ad gradum septimũ, fm canones: ut xxxv. q. iij. c. progeniem. & c. de cõsanguinitate. & c. in copulatione. & c. nulli. Sed secnndum leges vsque ad quartũ: ut ĵ. eodem. §. fratris. Idem hodie de iure canonico: a ut extra de consangui. & adfini. non dẽt. & c. ulti. Sed tñ aliter accipitur gradus secundum canones, quàm fm nos: ut dices ĵ. de gradi. cogna.

a) Siclicet excluſiuè: ſed de iure ciuili incluſiuè: ut infra eod. §. duorũ. & iõ hanc gl. reprehẽdit hic Iaſ.

g *Quandiu.* sic. ff. de verbo. oblig. leg. si stipulatus fuero, in fine. aliàs si stipuler. §. j. sic, ff. de liberis & posthumis. l. si quis posthumos in fine.

D

h *Dissoluta.* quia ipsa est emancipata: ut differat à sequenti casu.
i *Generum.* i. maritum filiæ.
k *Eum.* scilicet patrem.
l *Antea.* id est primò.
m *Filiam.* hoc ideo, quia emancipatione facta desinit esse agnata patri: ergo per patrem non põt fieri agnata tali filio adoptiuo: ut ff. de adop. l. qui in adoptione. hodie uero non desinit: ut ĵ. de leg. agna. sic. §. fi. & ita hoc consilium hodie non valet.

Additio. Sed hæc gl. communiter reprehenditur, quia & si non quo ad facultatem succedendi, desinit tamen quo ad familiæ nomen, & ad contra §. sed hodie, ĵ. tit. j. respond. secundũ Christopho. q̃ quamuis in potestatẽ non transeat, iura tamen adoptionis consequitur, ut C. de in ius voc. l. fi. & l. adoptiuum. Vel fm Iaſ. transit, sed habetur pro non transeunte, vt d. l. fi. Iaſ.

n *Nurum.* id est uxorem filij, vt probatur ĵ. eo. §. adfinitatis.

[*Fratris.*] Diuiditur in tres partes. Primò ponit dictum. Secundò illud extendit. Tertiò rationem reddit. Secunda ibi, Sed nec. Tertia ibi, Cuius enim.

Cuius

a *Cuius.* sed opponitur, filiam aui vel auię non possum ducere: tñ neptē possum, quæ est mihi cōsobrina: ut ĩ. eo. tit. §. duorū. Rñ. hanc reg. strictè intelligi in eo casu in quo loquitur, & in omni simili. s. qñ ego & ille cuius filiā ducere non possum sumus in gradu primo ad stipitē, & in potestate eiusdē: & cuius, s. fratris vel sororis meæ filiā &c. a & hoc in naturalibus, secus in adoptiuis: ut infra. §. proxi.

† Vnica ratio ēhuius: quia ego sum illi loco parentis. nā quarto gradu iuci. pñt cōtrahi nuptiæ Aegid. Peru.

ADDIT. Intellige istud verum qñ per adoptionem nō ꝟhit cognatio: vt ibi, secūdum Ang. & Ias. aliàs secus.

b *Eius.* Sic construe: nō videris impediri ducere vxorem filiam eius mulieris, quā pater &c.

‡Aliàs sit, s. neptis sororis, aut fratris, q̃ est mihi iūcta quarto gradu & cauere feras ad filiam sororis: q̃a hęc nō est mihi iuncta nisi tertio gradu. Aegid. Per.

c *Ciuili iure.* de naturali constat: de ciuili sic probo, Illa filia sororis adoptiuę nō est ī potestate matris. vt ĩ. de hære. quali. & diffe. §. qua de causa. ergo nō transit in potestatem illius qui adoptat matrem, licet mater transeat: q̃a illi transeunt cū alijs, qui sunt ī potestate: ut ĩ. ti. j. §. illud & ff. de adop. l. si pater. at ipsa mater adoptata est mihi cōiuncta per agnationē p̃ patrē, in cuius potestate est. ff. de adop. l. qui in adoptionem. Acc.

a) Vel melius secundum Iaso. dic ut inf. in glo. super verbo materterā magnam, in fi.

[*Duorum.*] Diuidit in tres partes. Primò ponit de duobus cōsobrinis. Secundò de amita. Tertio de matertera. Secūda ibi, Item amitam. Tertia ibi, Item nec materteram.

d *Duorum.* hoc ſm leges: ut hic, & C. eo. l. celebrādis secus iure cano. b Vel dic hūc §. loqui de adoptiuis secus in naturalib. Ac.

b) Et hoc cōiter tenetur: ex quo sequitur, q̃ filij Iudęorum obseruantium hunc §. nō sunt legitimi, quia tam eis, quam nobis hæc lex correcta censetur. argu. l. Iudæorū, C. de Iudi. Ang.

[*Coniungi possunt.*] Quid. C. cōiungi nō pñt: atq; Theophil⁹ scribit, & Gaius lib. j. insti. qđ pugnat tñ cū l. celebrādis. C. de nupt. l. 2. C. de inst. & sub. l. 3. ff. de rit. nup. & alijs innumeris. Malim igitur, cōiungi pñt. Adscripta ē negatio Gaio ex Gotthorū iure, quo Cassiod. indicat Var. li. vij. recepta fuit Theodosij cōstitutio, vt ne cōsobrini mr̃imonio iungant̃ sine venia principis, de qua ĩ l. j. C. theo. Si nup. ex reser. & apud Paulū monac. ī Theodosio, Ambr. li. viij. epist. ad Paternū. Huic aūt. §. adscrip. ē negatio ex eo. iur. intermisso qdē, sed ad nouissi īper. reducto. Cuia.

c *Amitam.* quæ est soror patris.

f *Adoptiuam.* ab auo paterno.

g *Materterā.* Nota cautè, q̃a nō repetit adoptiuā materterā &c. q̃a matertera vel auunculus nō fit adoptione: ut hic & s. e. §. eius. & ff. e. l. si qua. §. fi. sed ꝙ vr̃. ff. de rit. nup. l. p adoptionē. §. pe. Rñ. Illud intelligit̃ qñ adopto in nepotē quasi ex filia natū, vel in pronepotē quasi ex nepote nato ex filia, qđ possum, sicut si nullū haberē filiū: vt ĩ. ti. j. §. licet. tūc. n. soror & frater ei⁹ loco cuius filij facta est adoptio, est matertera & auunculus: alij mihi filij sunt, ut patet: & sic nō imitat̃ naturā: q̃a alr nepos ex filia naturali & legitima nō est in ptāte. hic aūt cū suis cōcordantijs loquit̃ qñ aliquā adopto in filiā: hęc qdē nō erit matertera filijs natis ex alia mea filia naturali & legitima. Sed q̃ est ratio diuersitatis? Rñ. q̃a altero casu. s. qñ adopto in nepotē ex filia, est cōmodū materteræ & auunculo: q̃a maiores qdē parētes imperāt minorib. qđ secus est in aduerso casu. & ex hac dependet alia, vt naturales & legitimi sint adoptiuo subiecti, & ē ridiculū. eꝙrio casu esset æquū. ADDITIO. Hāc rōnē reprobāt Christoph. & Ias. hic: tū q̃a inter collaterales non est hmōi reuerentia, ut no. in §. inter eas. s. e. tū quia idē videret̃ dicēdū in patruo & amita. Item quia esset ꝙ ver. eius vero. s. eo. Et assignant aliā rationē, quia in d. §. fi. adoptatus agnascitur existēti in agnatione adoptantis, puta filiæ: hic aūt non existentibus, puta filijs filiæ. quod ficri nō potest: ut ff. de adoptionib. l. qui adoptionē.

e) Ista communiter approbatur. ℔ qua facit gl. in §. quarto gradu. in uer. auunculus, inf. de gradi. secundum Iat.

h *Materteram magnam.* magna matertera, soror auiæ maternę ē: amita magna soror aui paterni est: vt ĩ. de grad. cog. §. iiij. Sed qd de fratre aui materni? Rñ. est patru⁹ magnus: c vt C. de suc. edic. l. j. licet Pla. ꝙ: ut ibi no. Sed cū sint ī quarto gradu quare ℔ hibent̃: ut s. e. §. fratris? Rñ. q̃a hæ personæ sunt de superioribus transuersalibus, q̃ habent̃ loco parentum: ut in hoc §. & q̃a ipsa est in primo gradu stipitis: vt no. s. eo. §. sed nec neptē. Et sic no. cautè, ℔ ordo transuersꝰ ꝙ sub diuidit̃ in tres partes. s. ĩ. & ex latere; ut ĩ. d gradi. §. iij. iiij. v. & vj. & maior est abstinētia ver-

sus superiores: ut hic, & inferiores: vt s. eo. §. fratris. quàm transuersales: ut s. eo. §. duorum.

hæredum. Secundò q̃ loco vnius instituti p̃nt plures substitui & c̃ę. Tertio, quãdo partes sunt in institutione expressæ, & nõ in substitutione. Quartò, quando seruus alienus ut pater familias instituitur. Secunda ibi, Et plures. Tertia ibi, Et si ex disparibus. Quarta ibi, Si seruum. Et not. q̃ istud principiũ textus cũ. §. j. habetur ferè sub eadẽ forma uerborũ in l. põt ff. de uulgari & pupillari substitut. CASVS. Dñe, uos uultis tractare de substitione uulgari. dicatis ergo mihi q̃r fit uulgaris substitutio? Ad hoc rñdet. Amice, testãtor in testõ põt facere plures gradus hæredũ. unde hoc modo habet fieri vulgatis substitutio: ueluti si testator primo ita instituat: P. hæredẽ instituo: & si P. hęres nõ erit, M. ei substituo. & si M. non erit hæres, Tit. ei substituo: & sic deinceps in quãtũ testator voluerit, substituere põt, per negatiua uerba grad⁹ substitutionis multiplicãdo. & nouissimo loco si habet hæreditatem suspectã, seruũ suum põt hæredem dene cessitate substituere: vt si fortè oẽs alij hæreditatẽ repudiauerint, saltem seruũ in subsidiũ hęredẽ necessariũ hẽat. Et nõ solũ vnus in locũ unius substitui põt, sed ẽt plures in locum vnius substitui possunt: & etiã ipsi hæredes instituti inuicem substitui possunt & unus in locum plurium substituti potest: ueluti si testator ita dixerit P. & M. hæredes instituo: & eos sibi inuicem substituo. nam in hoc casu tacitè vulgariter alter alteri intelligitur substitutus. Et hæc dicuntur vsque ad illum §. & si ex disparibus. Franc. de Aretio.

† De forma huius substitutionis uulgaris habetur in glo. in ca. Raynu. super. per liberis. post prin. glo. extra de testa. & ylti. volunt.

† Hic text. nõ negat seruo substitui posse, licet dicat ultimo loco institui: quia uerbum potest, non indùit necessitatẽ. l. j. C. quomodo & quando. l. non quicquid ff. de iudi. Aeg. Per.

[1] Poteſt autem quis in testamento [a] suo plures gradus [b] hæredum facere: vt puta, *si ille hæres nõ erit, ille hæres esto:* & deinceps in quãtum [c] uelit testator substituere [d] potest: vt nouissimo [e] loco in subsidiũ vel [f] seruũ necessarium hæredẽ instituere† possit.

Possunt plures in locum vni⁹ & vnus in locum plurium, & singuli singulis, vel omnes inuicẽ substitui Aretinus.

Et plures in vnius locũ possũt substitui: uel vn⁹ [g] in pluriũ, vel singuli ĩ singulorũ, uel inuicẽ [h] ipsi [i] qui hæredes instituti sunt.

Quem testator instituendo prædilexit, eum etiam substituendo prædilexisse creditur: ideo hæredes ex disparibus partibus instituti & inuicem simpliciter substituti, ex hisdem portionibus substituti censentur, ex quibus instituti fuerunt.

cons. [2] ff. s. p. 6.

Et si ex disparibus partibus [k] hæredes scriptos inuicem substituerit, & nullã mentionẽ partiũ in substitutione habuerit, † eas videtur in substitutione partes dedisse, quas ĩ institutione expressit. [l] & ita diuus Pius rescripsit.

Si instituto fuerit cohęredi substitutus, & demum tertius substituto: substitutus admittitur ad partes utriusque neutro instituto rum adeunte. Aretinus.

Sed si instituto hæredi [m] & coheredi [n] suo substituto dato, alius [o] substitutus fuerit: diui Seuerus & Antoninus sine distinctione [p] rescripserunt, ad utranque partem substitutum admitti.

Vulgariter substitutus alieno seruo, quem testator liberum opinabatur, quamuis domini iussu seruus hæreditatem adierit, ad partem hæreditatis admittitur: qualis autem sit horũ uerborum, si hæres non erit, interpretatio, hic traditur.

Si seruum alienum quis pa-

† al. fecerit.

[a] *In testamento.* in alia aũt uoluntate, quàm in testõ, ut in codicillis, vel aliqua alia nõ fit hmõi substitutio, ut directo ualeat: sicut nec institutio fieri põt: ut ¶. de codic. §. pe. & C. de codic. l. hæreditatem a. fit tñ in codicillis ex certa sciẽtia: ut per fidei commissum saltẽ directo substitutus p hæc uerba, substituo, admittatur: ut ff. ad Trebel. l. Scæuola, rñ. nisi testator putaret se facere testamentum, & facere codicillos non destinasset, licet posset. Nam tunc substitutus in his, nec directo, nec per fidei commissum admitteretur, licet posset, ut C. de codicil. l. fi. §. illud quoque & facit ff. eo. l. potest. Accursius.

a) Nec ex hæredatio. & ex illis in dubio testati, sine ipsis autem codicillari uoluisse præsumitur. l. illud. §. tractari ff. de iu. codi. & est gl. singularis in leg. uerbis ciuilibus ff. eo.

[b] *Gradus.* ad similitudinẽ. n. graduũ sic dicuntur, qui faciũt scalas sic & dicit gradus cõsangui. ut ff. de gra. l. iurisconsul. §: gradus.

[c] *In quantum.* id est in quot.

[d] *Substituere.* ſ. potest.

[e] *Nouissimo.* i. vltimo. sic s. de suspe. tuto. §. nouissime. Sed nunquid in alio nisi in ultimo fieri potest? Resp. non. cum. n. ipse seruus omnino esse hæres compellatur: ut hic subiicit, & j. de hæred. quali. & diff. §. j patet alium, qui esset ei substitutus, non admitti: ut C. eo. de impu. & ali. substi. l. post aditã. Acc. ADDITIO. Et sic licet datio substituti uulgaris tollat suitatem in filio, non tamen tollit necessitatem in seruo: & intelligitur tũc collata substitutio in casu impotentiæ. Ang.

[f] *Vel.* pro saltem.

[g] *Vel vnus.* ſ. substitui potest in locum plurium.

[h] *Inuicem.* sic infra tit. j §. substituitur. & per talia uerba fit substitutio compendiosa.

[i] *Ipsi.* scilicet possunt substitui.

[*Et si ex disparibus.*] CASVS. Quidam fecit testm̃, & in testamento suo instituit tres hæredes ex disparibus partibus, puta. P. in sex vncias, M. in quatuor, & Titium in duas: & postea adiecit, vos inuicẽ substituo: & nullas partes in substitutione expressit mortuo testatore P. in sex vncias institutus anteq̃ adiret, decessit uel forte un⁹ potionẽ suã repudiauit modo quæro in quas portiones substituti P. debeãt succedere? Ad hoc rñ. Amicé, si ex disparibus partibus hæredes institutos testator inuicẽ substituerit, & nullã mentionẽ partiũ in substitutione fecerit. eąsdem partes uĩ in substitutione dedisse, quas in institutione expressit. & ita diuus Pius rescripsit. vnde dico tibi, q̃ in casu proposito M. institutus in quatuor vncias quatuor vncias ex substitutione habebit: & Titius institutus in duas, ex substitutiõe ad duas siĩr uocabitur. Eodẽ. n. modo quo eos testator dilexit in institutione, vĩ eos in substitutione dilexisse. Et hęc dicũtur usq; ad illum §. Sed si instituto Franc.

[k] *Disparibus partibus.* puta unũ ĩ sex vncias, alium ĩ quatuor, aliũ ĩ duas ĩstitutũ ponas. nam si nõ adeat ĩstitutus in sex vncias. iiij. accrescũt hñti iiij. & duæ hñti duas ut hic, & ff. eo. l. si in testõ. & l. si plures. & C. eo. l. j.

[l] *Expressit.* contra ff. ad Trebellianũ l. quotiens. & l. nonnũq̃. Sed hic loquitur cũ nõ expressit ꝓpria nomina [b]: nã pecuniã ex æquis partib⁹ substitos dare iussit.

b) Scilicet ipsos substitutos: quia tunc admitterẽtur ꝓ uirili. idem si appellatiuo quãdo sit tuisse apparet de uoluntate testatoris: ut l. uerum. §. fi. ff. de rebusdu. q d autem si aliquos propriis, aliquos appellatiuis, uel omnes simul utriquenomi nibus appellauerit & quid si aliqui fuerit in substitutione cõiuncti, & unus separatus: uide hic Ange.

[*Sed si instituto.*] CASVS. Titius & Seius instituti sũt hæredes: & Titio Sei⁹ substitut⁹, & Scio fuit substitut⁹ Mæui⁹. primo Titi⁹ secundo Seius repudiauit: admittitũ Mæui⁹ in partem vtriusq; hæredis: vt hic, & ff. eo. l. si Titius & l. cohered. in princ. Accur.

[m] *Hæredi.* ſ. Scio.

[n] *Cohærede suo.* ſ. Titio.

[o] *Alius.* ſ. Mæuius.

[p] *Sine distinctione.* ſ. ordinis pupillaris, vel vulgaris substitutionis. quasi dicat, nõ distinguit̃ si fuerit pupillaris, vel vulgaris substitutio: & quæ fuerit primo facta, vel institutio, vel substitutio. & idẽ in vulgari. Sed hanc re ꝓbant q dã, q a dẽt ibi esse ordo: vt primo principalis institutio, & postea substitutio fiat: vt ff. d uulgari & pupillari substitutione l. ij. §. prius. Sed certè ille §. prius corrigitur per seq. §. vsq; in fi. dictæ l. Sed ego hoc reprobo: quia non est hæc huius literæ intentio, sed hæc: quia sic fuit de facto, q̃ nõ distinxerunt cum ab eis quærereť. Est tñ distinguẽdum à nobis, sicut & aliàs ff. de iudi. l. non põt. in fi. & de postul. l. Imperator. in fi. gl. §. ij. Itẽ non dr̃ hic de pupillari, sed de vulgari tantum: ut patet ex serie tit. per [c] quod etiam reprobatur superior sententia, ſ. quia in principio gloſſ. fuit dictum, sm̃ quosdam non distinguitur, an fuerit pupillaris, an vulgaris substitutio. Distingue ergo utrum institutus adierit, vel cohæres, vel ambo, vel nullus. si .q uterq; adiuit, substitut⁹ repellit̃. si cohęres tantum, ſ. Seius, idẽ: q a Mæuius repellitur. Item si neuter. habet locum quod hic dicitur, ſ. quòd Mæuius habet totum si autem Titius tantum scilicet primus hæres adeat, & Seius non: in partem repellitur, scilicet Mæuius. nam in partem repellitur quam adiuit Titius: vt C. eod. l. post aditã. & ff. de vulgar. sub. l. qui habebat filium. j. responso.

c) Et in eatantũ ꝓcedit iste textus: ité i casu suo: ubi scilicet cohæredi substituto ẽ facta substitutio. tũc enim quãuis ꝓ ius accrescendi haberet substitutus partẽ illius cui non fuit substitutus: tamẽ nulla tali in eis facta distinctiõe hoc est dup-

Sine distinctione.] Nã neq; ordinẽ scripturæ in hac re spectamus, neq; ordinẽ successionis. Cæterùm in pupillari substitutione ordo successionis spectandus erit l. qui habebat ff. eo. Cuiac.

[*Si seruum alienum.*] CASVS. Quidam fecit testamentum, & in testamẽto suo seruum P. quem ꝓredebat liberum hoĩem, hæredem instituit: & postea adiecit, & si institutus hæres nõ erit, Mæuium

Mæuium ei substituo, mortuo testatore apparuit, ꝙ ille quẽ testator errore deceptus credebat fuisse liberum, & tanquam liberum hr̃dem instituit, seruus erat P. & ita iussu P. dñi adiuit hr̃ditatem, qui eam dicebat sibi acquisitã: ex aduerso Mæuius substitutus viriliter se Pet. opponebat, & allegabat in hũc modũ: Ego dñe Pet. dico, ꝙ per aditionem serui tui in casu isto non potest tibi acquiri hæreditas: quia testator errore deceptus credebat liberum seruum tuum, quem sibi hæredẽ instituit: unde cũ in ueritate non tenuerit institutio facta: ideo deficiente institutione, dicome ex substitutione ad totam hæreditatẽ admittendum, & te omnino repellendũ. Sed in contrarium P. uidebatur sibi posse defendere hæreditatem, in hunc modum allegando cõtra, dicens. Domine Mæui, ego dico quòd ueritas præferenda est opinioni. unde cum in ueritate seruus meus fuerit iustitutus, & si hæres non esset, tu ei futurus eras substitutus: & ipse seruus iussu meo adierit hanc hæreditatem, mihi per traditionem totam hæreditatẽ acquisiuit, & uulgaris substitutio expirauit: & sic ex uirtute vulg. substitu. nihil iuris in hac hæreditate poteris uindicare, cùm per aditionem substitutio penitus sit extincta. & ita magis crescebat cõtentio inter P. Dominum serui instituti, & Mæuium substitutum: & ideo supplicauit Imperatori dicens, pro deo domine, si placet, terminetis istam contentionem, & dicatis quid iuris est in casu isto proposito? Ad hoc respon. Amice, si quis alienum seruum patremfamil. arbitratus, hæredem instituerit: & si hæres non esset, Mæuium substituerit: licet iste seruus per errorem institutus, iussu domini adierit hæreditatem, non tamen substitutio uulgaris penitus euanuit: imò Mæuius uulgariter substitutus in partẽ hæreditatis acquisitæ admittendus est. Sed domine, qualiter respondebitis ad allegationes hincinde propositas? Ad hoc respon. Amice, allegatio domini pro seruo instituto, locum habet in eo seruo quem testator sciens esse seruum, hæredem instituit. Illa enim uerba quæ ponuntur in uulgari, Sed si hæres non erit: in eo quem testator in rei ueritate scit esse seruum, intelliguntur, si neq; ipse seruus institutus acquirit sibi hæreditatem, neq; domino præsenti, neq; futuro: quia tunc demum admittitur substitutus, si in hoc casu primo ignorabat ipsum esse seruum: & ita non omnino obtinet allegatio domini. Allegatio uerò Mæuij substituti locum habet in eo seruo quem testator sciens hominem liberum instituit, & ei uulgariter substituit. Ista enim uerba scilicet, Si hæres non erit, in eo seruo quem testator scit esse patremfamil. hoc significant: si neq; ipse sibi acquirit hæreditatem; neq; illi cuius iuri postea subiectus erit. tunc enim demum ad hæreditatẽ admittit substitutus. sed certè secus erat in casu proposito. nam testator credebat ipsum esse liberum, & in rei ueritate seruus fuit: unde non est mirũ si aliud in j. rñ. quàm in ij. uel tertio statutum sit. Nec uideatur alicui nos aliquid durũ in hoc casu statuisse. Nam ita Titus Cæsar in persona Parth. serui sui quondã à testatore per errorẽ instituti constituit. Fr. de Aret.

a *Patremfamilias.* i. liberum hominem. Accursius.

Additio. Et hoc uerum, nisi error esset in ea personæ qualitate, quę præsumeretur causa finalis ipsius institutionis, puta in consanguinitate: ut l. si pater. C. de hæred. insti. Ang.

b *Iussu.* quem iussum necessario oportet præcedere: ut ff. de acquiren. hæred. l. si quis mihi §. iussum.

c *In partem.* sed in quam? Rñ. hæreditas in duas partes diuidit̃: & iterum unus semis diuidit̃ in duas partes: quę sunt duę quartæ totius: & unam harum particularum habet dominus instituti, aliam substitutus: ut ff. de hęre. instit. l. si paterfami. in fine. Sed de alio semisse qd erit? Rñ. quidam ꝙ substitutus hẽt, inspecta opinione testantis, s. qui credidit institutum liberũ fuisse: & ita per consequens credit substitutum admitti, si hęreditatem sibi institutus non acquisierit, uel alij cuius iuri postea subiectus foret: ut in fine huius §. ergo si aliquod istorum duorum non contingit, debet habere substitutus secundũ opinionem testantis totã hæreditatem. sed quia non erat liber, ut testator credidit, de æquitate datur domino ipsius quarta hr̃ditatis. & facit pro hoc illud generale, opinionẽ considerandã: ut ff. pro empt. l. ij. §. si à pupillo. in gl. si in re. & ff. de acquiren. hære. l. is ꝙ putat. Alij dicunt ꝙ dño datur, considerata ueritate magis quàm opinione: quia uerè seruus eius domini factus erat ille qui institutus fuit: quod uerius esse uidetur, ueritate magis attenta. unde facit & illud generale, ueritatem spectãdam: ut infra de leg. §. si quis rem. Accur.

Additio. Dic quòd ultima opinio glossæ est uerior: & ita not. gl. & do. in dicta. l. si paterfamilias. uidelicet ꝙ dominus serui habeat totum alium semissem. Angel. Aretinus.

d *Illa enim uerba.* nunc mutat casum: nam supra dixit quando aliud arbitrabatur testator, & aliud erat. in his autem duobus responsis, quæ sequuntur, idem est id quod arbitratur testator. Accursius.

e *Si hæres non erit.* quæ apponuntur in substitutionibus uulgaribus.

f *Testator scit.* & uerum scit. aliàs enim non diceretur scire, nisi esset: ut ff. de aqua pluuia arcenda. leg. ij. §. idem Labeo ait cum quæritur.

g *Erit.* scilicet liber factus.

h *Neque alium.* i. si neque sibi. si liber fieret, uel domino suo præsenti uel etiam futuro quærat.

i *Effecerit.* nam tunc quando non est aliquod istorum duorum, admittitur substitutus.

k *Arbitratur.* scilicet testator, subaudi, & uerum arbitratur. Accursius.

l *Subiectus.* puta quia uendidit se ad pretium participandum, uel quia dedit se in arrogationem, quod potest.

m *Acquisierit.* supple in litera. At in nostro casu, primo scilicet huius. §. aliud est, & aliud arbitratur. unde ibi in partem admittitur, ut ibi diximus. & hæc omnia sic distinguendo seruauit princeps, quando seruus suus fuit institutus, & alius substitutus, ut hic dicit, & ff. de hæredibus instituendis leg. & hoc Titius. Collige ergo talem distinctionem: quia cum hæredem aliquem instituo, & si hæres non erit, substituo: aut scio liberum, aut scio seruum, & tunc seruatur quod in secundo & tertio responso huius. §. dicitur. Aut puto liberum, sed falso, cùm sit seruus, & tunc subdistinguo. aut per eum uolui aut nolui alium fieri hæredem, quia hoc expressi, & tunc seruatur mea uoluntas: ut C. de hæredibus instituendis. l. cùm proponas. in glo. pen. ibi, item not. quę est huic contraria. Aut est dubium an uolui uel non alium fieri hæredem per eum: & tunc seruatur quod in principio huius. §. dicitur. Si autẽ puto seruum, cùm sit liber: a hic casus indubitabilis est, scilicet quòd erit liber hæres. Accursius.

n *Serui.* scilicet instituti, b cui fuerat alius substitutus. Nam diuisa fuit hæreditas inter Titium dominum serui, & inter ipsum substitutum: ut patet in leg. & hoc Titus. ff. de hæredibus instituendis.

TITVLVS XVI.
DE PVPILLARI substitutione.

Qui liberos impuberes in suis habet sacris constitutos, non solùm uulgariter, id est si hæredes non erunt, sed ẽt pupillariter, si hæredes fuerint, & intra pubertatem decesserint, eis substituere potest. ideo primo casu contingente, substitutus fit testatoris hæres: secundo uerò casu: ipsi pupillo hæres efficitur.

Liberis.] Totus iste titulus diuiditur in sex partes. Primo ponit qualiter quis possit facere pupillarem substitutionem. Secundò de exemplari substitutione cui fieri potest. Tertiò redit ad pupillaris substitutionis materiam. Quartò, quòd etiam exhæredatis potest fieri illa substitutio. Quintò circa pupillarem substitutionem aliquos casus ponit, & potissimum usq; ad quam quantitatem fieri possit. Sextò, quòd maiori uel puberi uel extraneo fieri non potest pupillaris. Secunda ibi, Qua ratione. Tertia ibi. Igitur. Quarta ibi, Non solum. Quinta ibi, Quæcunque. Sexta ibi, Extraneo. Litera in hoc titulo est planissima: ideo pone casum per teipsum.

Liberis

Opinio an sit ueritati anteponẽda.

† al. Tiberius. Flo. Vide Alci. lib. dispun. 1. c. 2. & Catellianum Cottam in dictione, testamẽtũ.

Sic princeps põt esse iudex in causa sua. cõ. cor. l. & hoc Tit. ff. de hære. institu. & rõ huius tex. fit magis ex uoluntate principis, quã ex subtilitate rationum. Aeg. Per.

a) In dubio aũt error nõ pſumitur: & tunc hoc cõſiſtit in aio testatoris: qui nõ probatur nisi ex coniecturis, q d aũt in filio uel monacho instituto cu datione substituti uulgaris: quos testator credebat esse sui iuris, uel ẽt sciebat esse alieni, & an hæres primi istituti ex iure deliberãdi pferatur, an substitutus, uide Angel. hic.

b) Ista gl. nõ est Accursij, sed additio.

Substitutio pupillaris hēt quatuor necessaria.

a *Liberis.* nota ex hac litera tria esse necessaria vt pupillaris substit.tenea.t. Primùm, vt sit de liberis cui substituit. nā extraneo substitui non pōt: ut ff.eo.extraneo. Secundum, q̄ sint impuberes. nam puberibus nō potest substitui: vt ff.e.§.masculo. Itē tertio q̄ hēat in ptāte: ut in hac litera probat̄ p ordinē. Emancipatis autem non pōt substitui: vt ff.eo.l. ij. §.j.

Forma huius pupillaris substitutionis ponitur ca. Raynuci' in gl. sup verb. liberis post prin. extra de testam.

a) Et est ratio: quia substitutiones sūt de iure ciuili: secundū quod emancipatus habetur pro extraneo. fallit tamen hoc in milite, vt l. miles ita §. exhæredato ff. de test. mi. dū modo filius nō sit in ptāte aui. aliàs secus. l. cū filius. ff. e. titu.

a Item est necessarium quartum, q̄ filij sint instituti, vel exhæredati: aliàs nullum esset principale testamentum: vt ff. de exhære. lib. in prin. & ff.e. l.j. in fi. vnde nec pupillare ualeret, vt ff.e. §. liberis. & hæc omnia similiter in nepotibus seruāt̄ si nō sint recasuri in sui patris ptātem: vt ff.e.l.ij.§. plane posth. aliàs cū sunt recasuri, nō ualet testm̄: cum in ea cā sint, vt eorum testamenta non ualeant, ēt si ipsi essent maiores.

b *Ita ut supra diximus.* f. vulgariter, supra tit.j. & hoc idem hic subiicit: vt si hæredes & cæt.

c *Hoc modo.* hic caute nota q̄ primo ponit verba institutionis, scdo substitutionis vulgaris, tertio substitutionis pupillaris. Acc. ADDITIO. Aliqui dicūt q̄ omnia sunt uerba pupillaris substitutionis: quæ ēt non hæredi & exheredato fieri pōt: cùm hic tex. non intendat exemplificare vulgarē. Io. Fa.

d *Esto.* Hæc est institutio tantum. Accur.

e *Et si filius.* ecce vulgaris. Accursius.

f *Siue hæres.* ecce pupillaris.

In suam tutelam. Vt q̄ sunt alieni iuris, manumissione sui iuris fiunt: ita q̄ sunt alienæ tutelæ, pubertate fiunt suæ tutelæ l. quotiens. §.j. D. de admin. tut. qđ planè est in suā tutelā uenire. Cuia.

g *Pubes.* bene facit quòd exponit: aliàs interdum pro quatuordecim annis, interdum pro vigintiquinq; annis ponitur hęc oratio, cùm in suam tutelam venerit. ff. de leg. iij. l. cum filio.

h *Quo casu.* supra dicto.

i *Patri fit hæres.* & solius patris habeat bona, secundum Azo.

k *Ipsi filio.* & nihilominus patri ut ff.eod.l. paterfamilias. & bona pupilli vndecunque quæsita sint, habet, vt ff.eod.l. sed si plures. §. ad substitutos. nisi in duobus casibus, vt in testamento militis, & arrogatoris: vt ff.eo.l. sed si plures. §. in arrogatore. & §. ad substitutos. in fine. Accursius.

l *Moribus.* aliàs à maioribus: vt C. de impu. & aliis substitu. l. humanitatis.

m *Aetatis.* vt masculi ante quatuordecim annos, fœminæ autem ante duodecim annos. ff. de testa. l. qua ætate. & supra qui manumittere non possunt. §. cùm ergo.

n *Excitati.* scilicet nos Iustinianus.

o *Constitutionem.* C. de impuberum & aliis substitutionibus. l. humanitatis.

Ad exemplum. Ratione successionis duo tantùm sunt genera substitutionum. Ratione personarum tria: vulgaris, pupillaris, Iustiniana. Ratione scripturæ quatuor: nam vel primus casus exprimitur, vel secundus, vel vterque, uel neuter. Cuiac.

b) Intantū q̄ cæteris exhæredatis vel ex iusta cā prætermissis vnum tantūmodo substituere pōt. An adglo. vbo. ad exemplum gel. vide sexgenera substitutionis notata in l. j. in gl. magna. C. de impub. & aliis substitu. & l. ult. §. p. b. qui dicit substitutio vulgaris in legibus sequentibus explicantur

Iberis a suis impuberibus quos in potestate quis habet, non solùm ita vt supra diximus b substituere potest, id est vt si hæredes ei non extiterint, alius sit ei hæres: sed eo amplius, vt si hīdes ei extiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis hæres: veluti si quis dicat hoc modo, c *Titius filius meus hæres mihi esto.* d *Et si filius meus hæres mihi non erit, siue hæres erit, & prius moriatur quàm in suam tutelam venerit, id est antequam pubes e factus sit, tunc Seius hæres esto.* quo casu h si quidem non extiterit hęres filius: tunc substitutus patri fit hęres. i Si uerò extiterit hīs filius, & ante pubertatem decesserit: ipsi filio k fit hæres substitutus. nam moribus l institutū est, vt cū eius ætatis m filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere nō possunt, parentes eis faciant.

Qua ratione potest pater filio impuberi pupillariter substituere, eadē poterit filio furioso, aut mente capto exemplarē substitutionē facere. itaq; sicuti pupillaris pubertate adueniente expirat, ita exemplaris furore sedato, & sanitate mentis restituta euanescit.

Qua ratione excitati, n ēt cōstitutionem o in nro posuimus Codice, qua prospectū est, vt si qui mente captos habeāt filios vel nepotes uel pronepotes cuiuscunq; sexus: liceat eis, et si puberes sint, ad exēplū pupillaris substitutionis certas personas p substituere: sin aūt resipuerit, q eādē substitutionē infirmari sancimus: & hoc ad exēplū r pupillaris substitutionis: q̄ s postquā pupillus adoleuerit. t infirmat̄.

Facta pupillari substitutione, censent̄ duo testamenta, vel vnū duarum hæreditatum. Aret.

Igitur in pupillari substitutione secundū præfatum modū u ordinata, duo quodāmodo x † sunt testamenta: alterū patris, alterū filij, † tanquā si ipse filius sibi hīdem instituisset: aut certè vnum testm̄ est duarum cārum, id est duarum hæreditatum.

Potest pater facere substitutionem pupillarem filio separatim si hæres non eris, Titius erit hæres: vt §. proxi. Alia tacita, quæ fit uerbis affirmatiuis: vt his, uos inuicem substituo: vt ff. de hę red. instituen. l. cùm in testamento. §. j. Item hæc, quisquis erit mihi hæres, sit filio meo impuberi hæres: vt ff.eo. l. qui liberis. §. hæc verba. & hæc vulgaris adita hæreditate expirat: vt C.e.l. post aditam. Secūda autem, scilicet pupillaris, similiter subdiuiditur: quia alia expressa, quæ fit uerbis affirmatiuis: vt hic, si hæres eris, & morieris in pupillari ætate, Titius sit hæres: vt §. proxi. Alia tacita. f. vt si vulgariter tantum pupillo substituatur. quo casu tacita subintelligitur pupillaris. sic & sub pupillari, tacita vulgaris intelligitur: vt ff.eo.l. nā hoc iure. in princ. & C. de impube. & aliis substitut. l. quamuis. & hęc adueniente pubertate expirat: vt in fine huius §. Tertia, scilicet exemplaris, sic ideo dicitur, quia ad exemplum pupillaris est inducta, ut hic dicitur. In multis tamen differūt: quia hæc etiā maioribus fit, sed illa tantum impuberibus. Item usq; ad certā ætatem fit pupillaris, scilicet decimumquartū annū, uel duodecimū annum in fœmina: ut ff.eo.§. masculo. uel etiā minus tempus certum, non maius: ut ff. eo. l. si ita quis substituerit. & l. in pupillari. at hæc exē plaris in incertum. Itē in hac scilicet exemplari, certæ personæ substituuntur: ut C. eodem. l. humanitatis. in pupillari autem quilibet potest substitui. Quarta autem, id est breuiloqua, fit ita, duobus hæredibus institutis: Vos inuicem substituo: et si ambo pupilli sunt. nam quatuor substitutiones his verbis breuibus comprehenduntur: & appellat lex hanc reciprocam substitutionem: ut ff.eodem. l. nam * hoc iure. §. j. Quinta, scilicet compendiosa, fit his uerbis aliquo instituto: quandocunque decesserit, Titium substituo. & si quidem hoc fiat à milite, pupillo uel non pupillo: ualet iure directo, quandocunque decedat institutus: ut ff. de militari testamento. l. miles ita hæredem scribere potest. §. j. nisi mater sit in medio. quo casu iure fideicommissi ualet, si pubes iam factus decedat institutus. ut C. eodem. l. precibus tuis. Si uerò paganus siue non miles faciat eam, ualet iure directo, si moritur institutus in ætate pupillari. Si uerò postea, tunc aut per hæc uerba fit, substituo illum: & tunc trahitur ad fideicommissariam: ut ff. ad Trebellianum l. Scæuola, aut per hæc uerba, te instituo: & si decesseris quandocunq;, tibi illum facio hæredem. & hæc non ualet: ut ff. eo. l. uerbis ciuilibus. Accursius.

Substitutio pupillaris.

Materiam huius §. tractat Gomez. 1 tomo. c. 6

Dictio quodammodo est nota improprietatis: ut hic, & l. in suis ff. de li. & posthu. gl. in l. si meę uacuā. ff. de acqui. poss. Aeg. Per.

Et sicut pater pōt facere filio impuberi testamentum: ita ēt pōt eidem eligere pupillarem substitutum ut habetur i ca. de exco. iuncta gl. super uer. definitū. extra de sepulturis.

Subst. vulgaris.

*aliàs, iā & infra.

Archangelus dicit eam communem Gomezius 1 tomo c. 7. n°. fin. in fine.

c) Et est ratio: q a tūc impeditur arrogatus non solum ex defectu ętatis testari: sed ex alio defectu, quia est subiectus alterius potestati, cui per dationē pupillaris substituti potuit prouideri: sm Christo. et proxa est l. 12 tit. 5. p. 6. tiens. precsi etc.

d *Et si filius.* ecce vulgaris. Accursius.

e *Pubes.* bene facit quòd exponit: aliàs interdum pro quatuordecim annis, interdum pro vigintiquinq; annis ponitur hęc oratio, cùm in suam tutelam venerit. ff. de leg. iij. l. cum filio.

f *Quæ.* scilicet pupillaris.

g *Quo casu.* supra dicto.

h *Patri fit hæres.* & solius patris habeat bona, secundum Azo.

i *Ipsi filio.* & nihilominus patri ut ff.eod.l. paterfamilias. & bona pupilli vndecunque quæsita sint, habet, vt ff.eod.l. sed si plures. §. ad substitutos. nisi in duobus casibus, vt in testamento militis, & arrogatoris: vt ff.eo.l. sed si plures. §. in arrogatore. & §. ad substitutos. in fine. Accursius.

k *Moribus.* aliàs à maioribus: vt C. de impu. & aliis substitu. l. humanitatis.

l *Aetatis.* vt masculi ante quatuordecim annos, fœminæ autem ante duodecim annos. ff. de testa. l. qua ætate. & supra qui manumittere non possunt. §. cùm ergo.

m *Excitati.* scilicet nos Iustinianus.

n *Constitutionem.* C. de impuberum & aliis substitutionibus. l. humanitatis.

o *Prafatum modum.* ut supra eodem, in principio.

p *Duo quodammodo.* Nota quòd duo dicuntur quo ad quid: qa duobus fit. nam instituitur hæres duobus, patri scilicet & filio

Item

Item duarum hæreditatum. unum verò dicitur, quia ab uno factum. & facit ad hoc ff. eo. l. patris & filij & ff. de conditioni. & demonstrationibus l. hęc scriptura & ff. de bonorum possessione secundum tabulas l. si ita scriptum §. fi. & l. vt bonorũ.

a *Formidolosus.* id est timidus & meticulosus.

b *Subiaceat.* quibus insidiis eum subiiceret substitutus, vt haberet eiꝰ hæreditatem, vt fecit Zacharellus.

c *Substitutionem.* scilicet cum ipsa institutione, nam hic est ordo, ut primo institutio, secundo vulgaris substitutio tertio pupillaris fiat: vt ſ. eodem titulo in principio.

d *Vocatur.* quæ est pupillaris.

e *Scribere.* vel etiam alia charta: quia & hoc fieri potest: vt ff. eod. l. patris & filij.

f *Proprio lino.* linum appellat ipsam chordulã quæ fit de lino: vt videmus fieri in literis domini papæ. in quibus chordulis testamẽti apponebantur septem sigilla de cera. Et ideo dicit proprio lino, quia si alieno, vindicaret dominus a & ita apperiretur: & consilium legis nullum esset. Vel dic ꝓprio, id est separato ab aliis partibus testamenti. Sed nonne magis insidiabitur substitutus, cum tantam ꝙ structionem, ideſt ordinationem videat, & ꝓpter se? Respon. hoc ignorabit an propter se an propter alium facta fuerit illa ordinatio. Accursius. ADDITIO. Nec ideo inualidabitur istud consilium, qa sub expressa vulgari tacita pupillaris cõtinetur: quia illud verum, nisi de mente tacita vel expressa testantis contrarium appareat: vt hic, & l. iam hoc iure

*) Doctores cõtra ꝓpter publicã vtilitatem, ad similitudinem tigni iuncti, ut per Io. Fab. & Ange. hic.

f *Cauere.* idẽ & si hoc nõ caueat, dum tñ separatim signet. Ac.

h *Non ideo minus.* quasi dicat, diximꝰ ꝙ sic caute fieri põt. Sed si non ita fecerit, nunquid valet ideo minus? Respon. non ideo minus &c. vt hic dicit.

i *Tabulis.* scilicet apertis. Accursius.

k *Exhæredatis.* scilicet substituere possunt.

l *Eo casu.* scilicet quando exhæredato substituitur.

m *Fuerit.* vt quia gratiosus erat hic pupillus, sic ut ei donaretur uel legaretur.

n *Id omne.* imò uidetur quòd tantum in eis bonis valet substitutio, quæ à patre peruenerunt ad filium exhæredatum: vt ff. de mili testa. l. miles. §. exhæredato. quæ est huic ꝙria. Sol ibi miles emãcipato substituebat: ꝙ in alio ſ. pagano nõ toletatur vt ĵ. eo. §. extraneo. & ideo cum vnum ꝓ eo inducitur, ſ. ꝙ põt substituere emãcipato, aliud ꝙ eũ inducitur, ſ. quòd nõ põt substituere emancipato, nisi in his bonis quæ sibi dedit, ut arg. ff. de iureiu. l. eũ q in pri. ADDITIO. Imò existẽti in ptãte ꝙ patet, qa exhęredatur: quæ exhæredatio esset inepta in emancipato. vn de dic ꝙ ibi loquit̃ in milite, qui instituto vel emancipato põt substituere pro parte, & pro parte non, secus in pagano. Ang.

b) Et ẽ ratio diuersitatis, qa substitutio exhæredati est simpliciter testamẽtum filij: ita ꝙ non patris à quo

o *Ad substitutum.* qui substitutus nullo potest grauari legato, ẽt in ea re quæ pupillo fuit relicta, ut C. de lega. l. cùm quidã. sed ipse exhęredatus sic, in re sibi relicta, ut ff. eo. l. cohęredi §. cũ si hæ in fi. §. Et no, hunc §. non pòsse hodie habere locũ, nisi talis sit impubes, qui possit esse ingratus, vt proximus pubertati vt no, ſ. qui. mo. tu. fin. §. item si in seruitutem. aliàs non potest exhæredari: vt C. de inof. testa. l. si quis in suo §. legis.

p *Institutorum.* vt ſ. eo. in prin. vsque ad proximum §.

q *Exhæredatorum.* vt supra proximo. §. concor. l. 6. ff. ſ. p. 6.

Non solùm autem hæredibus institutis impuberibus liberis ita substituere parentes possunt, vt si hæredes eis extiterint, & ante pubertatem mortui fuerint, sit eis hęres is quem ipsi voluerint, sed etiam exhæredatis. k Itaque eo casu l si quid exhæredato pupillo ex hæreditatibus legatisue aut donationibus propinquorum aut amicorum acquisitum fuerit: m id omne n ad substitutum o pertinebit. Quæcunque diximus de substitutione impuberum liberorum, vel hæredum institutorum, p vel exhæredatorum: q eadem etiam de posthumis intelligimus,

Non potest pater pupillo suo substituere pupillariter, nisi sibi faciat testamentum: & si non ualet testamentum patris, non ualet dicta substitutio. Aret.

Liberis autem r suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi r faciat s nã pupillare testamentum, pars. t & sequela est paterni testamenti: adeò vt si patris testamentũ non valeat, u nec filij quidem ualebit.

Pupillaris substitutio potest fieri singulis pupillis, vel ei qui ultimus morietur. Aret.

Vel singulis x liberis, vel ei qui eorum nouissimus y impu-

nullã quo tam hæreditatis accepit. & ideo in alieno testamento legare non potest secus si ex eadem vo lũtate quotam hæreditatis haberet substitutus: & substitutioni locus esse posset: ut hic Ang.

r *Et sibi.* hic not. quòd si filiũ exhæredet cui substituit: priꝰ sibi, deinde debet facere filio testamentum. Si autẽ eum instituat, tunc vel ante vel post ualet institutio vel substitutio: ut ff. eo. l. ij. §. priꝰ & §. sed si quis & §. sed & si. & §. fina. ADDITIO. Sed hanc repro. doct. quia nõ habet rationem: & dicũt istum text. & d. §. prius procedere quando substiturio fit ex interuallo: secus si eodem contextu quia non curat quid præcedat. Ang.

l *Fallit.* hoc fallit in milite qui põt substituere pupillo, licet non instituat sibi aliquem hæredẽ: vt ff. de vulg. & pu. sub l. ij. §. quisquis.

t *Pars.* sic ff. quẽadmodum testa. ape. l. pen.

u *Non valeat.* ſ. à principio: vt quia filius fuit præteritꝰ: vt ff. eod. l. si quis eũ in fin. l. vel alias ſ. non valet testm̃ à principio, cum multi sint modi quibus testamentum non valet: vt ff. de iniust. rupt. testa. l. j. Idẽ etiã si ex postfacto rũpatur in totum, ſ. testm̃ patris. Secus si pro parte tantum quia tunc: substitutio remanet: ut ff. eodem. leg. in substitutione. & ff. de inofficioso testamen. leg. Papinian. §. sed nec. Item hæc sunt vera, si iure ciuili expugnet̃ testamentum. Aliter aũt si iure prætorio: vt si per ꝙ tabu. expugnetur testm̃: quia remanet substitutio, ut ff. eo. l. ex duob. in fine. & l. ſe quæ huic l. ꝙriæ sunt. Sed certe aliud est cum expugnatur iure ciuili, vt hic: aliud cum iure prętorio, ut ibi nam prætor non potest facere esse nec definere hæredẽ, vt ĵ. de bon. possess. §. quos autẽ. Item not. hic ꝙ de alienis rebus quis testatur: vt pater de bonis filij. sic & aliàs ff. de donationibꝰ inter vi. & vxor l. cum hic. §. si donator. versi. si miles & ff. de iniu. rupt. testa. l. si quis filio §. sed & si quis fuerit Est & alius casus secundum quosdam: vt C. de sec. nupt. l. fœminę. §. fina. Sed de iure cõmuni aliter est: vt ff. de testa. l. eius qui §. j. & de iur. codi conficiuntur §. si post.

Facit ad hunc. §. caiu nostra in glo. j. in fin. extra de sepulturis.

x *Vel singulis.* põt. n. ẽe ꝙ qs habeat plures filios, & oẽs impuberes, si ergo cuilibet substituere vult, poterit. si aũt vltimo loco moriẽti, & hoc põt. vt hic, & ff. eo. l. vel singulis & hoc casu vno moriẽte ꝺ ferr̃ sua portio iure legitimo, ſ. ꝑ l. xij. tabularũ ad fratres: vt hic, & ĵ. de legit. ag. suc. §. j. Sed certe ex eo ꝙ tm̃ ultimo moriẽti substituit, vr̃ eos inuicẽ substituisse usq; adv ltimũ & ita iure substitutionis magis q̃ legitimo inter eos succedi vr̃: vt digestis de l. ij. l. Titia Seio §. Seia. in fi. quæ est huic ꝙ. Sed certe ibi dixit plus, ſ. ꝙ non alienarẽt ꝙ testator eis dimittebat & ex hoc ibi dr̃ iure substitutionis succedere: non qa ultimo tm̃ substituit: vt ff. de lega. iij. l. is qui. in fin. ADDITIO. Et no. ꝙ iste. §. est lex. ff. eo. ti. & incipit, vel singulis. ideo non ab re sic. §. iste debet incipere: & ita habent. correcti codices.

c] Etiam vnica oratione: ꝙ facit, vt si filiabus legentur cẽtum pro qualibet: quamuis verbis sint coniũctæ, nõ tamen habeãt ius accrescendi, ut l. huiusmodi §. quibus ita ff. de l. 1. Ange.

y *Nouissimus* id est ultimus: puta his uerbis Qui ex liberis meis impubes ultimus morietur, ei Titius hæres esto.

Substitui

a *Substituit.* scilicet pupillariter.
b *Nominatim.* sic ſ. de exhæreda.li.§.nominatim.
c *Hæres erit.* ſubaudi. ſit hæres filio meo.
d *Quibus* ſcilicet generalibus verbis.
e *Hæredes.* ſcilicet patris.
f *Extiterunt.* ſ. ipſimet

a) Quod facit ad materiã.l. fin. C. de edi. diui Hadri. tol. cuius beneficium datur hæredi ſcripto, Ang. quaſi dicat, cum ſubſtituitur ei qui vltimo morietur ſi unus p̃moritur, eius portio defertur ad alios fratres, & hoc fit iure legitimo. ſ. per l.12.tabu. Acg. Per.

hęredes. a nã ſęc9 ſi alij quærant, utputa patri vel dño. nã tales. ſ. pater & domin9 q̃ ſunt hæredes p̃ filiũ vel p̃ ſeruũ, ex his verbis generalibus non admittunt̃ ex ſubſtitione. Idem dicas de hæredę hæredis: vt hæc notant̃ ff. eo. l. cũ filio. & l. q̃ liberis. §. hæc verba. & l. ſequen.

b *Pro qua parte.* prout. n. dilexit teſtator eos inſtituit æqualiter uel inæqualiter. ſic ī ſubſtitutione prę ſumit̃: ut hic, & ff: eod. l. ſi pater. & ſ. tit. j. §. & ſi ex diſparib.

h *Vſque ad quatuordecim annos.* ſ. cõpletos nã pupilli eſſe deſinũt: vt ſ. q̃bus modis tut. fi. in pr. ſed intra hos annos poteſt ſubſtitui: vt ff. eo. l. ſi ita quis & l. q̃ plures.

i *Substitutio.* ſ. directa. ſi tñ aliqua verba ĩueniã̄t fideicõmiſſi ī teſta. iure fideicõmiſſi: ualebit: ut C. de fidēicommiſ. l. ſi frater tuus

k *Per fideicommiſſum.* q̃ * ſemp̃ feciſſe vī̃, cũ dicit ſi filius meus quandocunq; deceſſerit, ſubſtituo ei Vitalē. q̃a verbũ ſubſtituo, cum ſit generale verbum, & ad directam & ad fideicõmiſ. ſubſtitutionē poſſit trahi: ad id reſtringetur q̃ eſt rei aptius, id eſt ad fideicõmiſſũ: q̃a directa nõ habet locũ quando cũque decedit. & p̃bat̃ hoc C. de impu. & aliis ſubſti. l. precibus §. ſi verò ſubſtitutio b & ff. de vulga. ſubſti. l. cohæredi §. cum filiæ. & ff. de le. & ſena. con. l. in ambigua.

1 Concor. in ca Raynutius in glo. ſuper ver. liberis ante me, ibi, pupillaris eſt extra de teſtamẽtis. * Tu diligenter expende hãc glo. cuius contrariũ no. glo. in l. verbis ciuilib. ff. de uul. & pup. quæ uult quotiens ſubſtitutio directa fit, nunquam poſſit ualere iure directo propter defectum perſonæ quæ ea m facit, uel cui fit, ſed ȯbligatur iure fideicommiſſ. quæ gl. uera eſt, & hæc ſal. cũ præcedenti, ſecundum Bar. hic & Ioã. de Pla. Et vide Bart. in d. l. uerbis ciuilibus.

b] Nota q̃ ſubſtitutio cõpendioſa facta verbis communibus valet omni tempore teſta. proprie dr̃ rumpi, quando in eo. ſtatu manente teſtatore, ius ipſius teſta. vitiatur, vt patet in tali exẽplo: Quidam fecit teſta. ſolẽne, & poſt teſta. arrogauit impe. reſcripto quẽdã ſibi in ſilium: aut forte per prætorem aliquem ſibi adoptauit ſm̃ tenorẽ noſtræ conſtitu. nã in caſu iſto per arrogationẽ vel p̃ adoptionẽ iſti9 filij, qui nec eſt exhæredat9, nec inſtitutus, rũpit̃ teſta. ſicut rumperet̃ ſi poſt factũ teſta aliquis ſu9 hæres teſtatori agnaſceret̃. Et hoc dicit vſq; ad illũ. §. poſterio. quoq; Fr, n *Adoptauerit*, id eſt arrogauerit.

Conſtitutionẽ. puta au9 ẽ q̃ adop. vt C. de adop. l. cũ in adoptiuis. & ſ. de adop. §. ſed hodie.

p *Rumpitur.* ſi autẽ eum prius inſtituiſſet, nõ rũperet̃, licet poſtea arrogaret̃: ut ff. de lib. & poſthu. l. filio. §. fi. Si aũt fuit exhæredatus filius emãcipatus, & poſtea arrogetur, tũc non rũpit̃. aut extrane9, q̃ poſtea arrogatur: & tũc rũpit̃: vt ff. de ę̃ tabulas. l. non putauit §. ſi qs emãcipatum. Extraneũ autẽ ne potẽ accipe, qui nõ eſt ſuus hæres: cũ alius cũ præcedat. c aliàs fruſtra tũc exhæredaret̃: vt ff. d̃ uerb. obli. l. quidã cũ filiũ & de libe. & poſthu. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. ADDITIO. Et hæc vera, q̃ãdo ante teſtm̃ fuit facta exhæredatio. quid autem ſi in eodem uel in uno teſtõ inſtituatur; in alio poſtea ſimpliciter exhæredet̃, aut ſi poſt ius quæſitum exhęredatio ꝙferatur? vide Ang. hic.

q *Quaſi agnatione.* i. ſicut natiuitate alicuius poſthumi. nam tunc certum eſt rũpi: vt ff. de iniuſto rupto teſta. leg. j. in fine. & l. iij. in prin. & l. certũ. d & hoc in maſculi teſtamento: ſecus in teſtamen. fœminæ: vt ff. de li. & poſtu. l Gallus. §. nunc de lege Velleia. in fi. & eſt ratio, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione, vt. ſupra de exhere. libe. §. fi. ſed de in offic. teſt. agit talis poſthu. vt C. de inoffi. teſt. l. iij.

r *Rumpitur.* hoc eſt uerum ſm̃ quoſdam, quando, ſecundũ nõ ꝙcordat cum primo aliàs durat primum, ut C. de teſta. l. ſancimus. Sed certe hoc ſtare non põt, nam ſi ualet ſecundum, nõ ualet primũ: cum idẽ non poſſit duo teſtamenta facere: cum ex ſecundo

l *Obliget.* rogando eum per fideicommiſſum, vt reſtituat. Acc.

m *Tradamus.* vt ſ. de fideicommiſſariis hæredit. per totum.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA &c.

Vſque nunc qualiter firmentur teſtamẽta, nũc qualiter iuſirmẽtur nã nihil eſt adeo firmũ, quod nõ rũpatur. in Auth. de nup. §. nuptias coll. quarta.

[*Quæ ab initio valent iure ciuili, aut rupti an irriti vitio infirmantur. Iure prætorio, per bon. poſſ. contra tabulas reſcinduntur. Cuiacius.*

TEſtamentum.] Totus iſte titulus diuidit̃ in quinque partes. Primò ponit qualiter teſtm̃ tollatur agnatione ſui hæredis nouiter adoptati. Secũdò qualiter per ſm teſtamẽtum tollatur primum. Tertio qualiter teſtamentum irritetur capitis demi. reſtantis. Quarto an uoluntas ſolennis poſſit tolli nuda uoluntate teſtantis. Vltimo, quòd etiam Imperator non capit ex teſtõ imperfecto. Secunda ibi in §. poſteriore. Tertia ibi, Alio quoque. Quarta ibi, Ex eo autem. Quinta ibi, Eadem oratione. CASVS. Dñe, uos uultis tractare quibus modis infirmentur teſtamen. dicatis mihi primo, quamdiu valet teſtamentum recte factum? Ad hoc reſp. Amice, teſtm̃ iure factũ ſemper ualet, donec aliquo modo rumpatur uel irritum fiat. Sed quid dñe, iam video quamdiu ualet teſtam. dicatis modo mihi, quando intelligit̃ teſtamen. rumpi? Ad hoc reſp. Amice,

terit, & intra aliquod tempus deceſſerit, alius ei ſit hæres: ſed hoc ſolũ permiſſum eſt, vt eũ p̃ fideicommiſſum k teſtator obliget l alij hęreditatẽ ei9 uel totã uel pro parte reſtituere. q̃ ius quale ſit, ſuo loco trademus. m

TITVLVS XVII. QVIBVS MODIS teſtamenta infirmentur.

Si quis facto teſtamẽto quempiam ſibi ſeu in filiũ arrogauerit, uel ex ſuis deſcẽdentibus aliquem adoptarit, protinu quaſi ſui hæredis agnatione, q̃ prius fecerat, rumpitur teſtamentum.

ITeſtamentum iure factum, uſque eò ualet, donec rumpatur, irritùmve fiat. Rumpitur autem teſtamentum, cum in eodem ſtatu manente teſtatore, ipſius teſtamenti ius † uitiatur. Si quis enim poſt factum teſtamentum adoptauerit n ſibi filium p̃ Imperatorem, eum qui eſt ſui iuris: aut per prætorem ſecundũ noſtram conſtitutionem o eum q̃ in poteſtate parentis fuerit, teſtamentũ eius rumpitur p quaſi agnatione q ſui hæredis.

Poſteriore teſtamento ex quo iure ciuili aliquo caſu adiri potuit hæreditas, quãuis adita nõ fuerit, rũpitur prius teſtamẽtũ.

Poſteriore quoque teſtamento quod iure perfectum eſt, ſuperius rumpitur: r nec intereſt,

† alias uis.

c) Intellige extraneum ex extraneitate, qua filius emãcipatus. & ſic nõ incepte exhæredatur: imò lex cõſuluit: ut § poſthumorum. ſupra de exhæ. li. & ita bene ſequitur glo. alias fruſtra &c.

d) Teſtamentum tamen rite factum poſtea p̃ ingreſſũ monaſterij non irritatur, ſed regulãtur ſecundũ authẽ. ſi quamulier C. de fac. ſan. eccle. dic ut per Aug. hic.

ex secundo tm̃ adeatur hæreditas. a Eꝫ in fn̄ia.nã ualet prima, nō secunda ab eo.& super eo.lata:ut ff.de re iudicata.l. iudex.

a *Ex eo.* s.posteriore testamento.

b *Existere potuerit.* nota non considerari ꝙ est, sed ꝙ esse pōt: ut hic,& ff.de hæredi.instit.l.pater filio. & ff. de iniust. rupto testa.l.cū in secundo in prin.& §.in futurū.Sed ꝫ ff.de liber.& posthumis l.si filius.Solu.ibi secundū testm̃ nō ualuit etiam in princ. hic aūt ualuit, licet ex eo non adeatur hr̃ditas.Itē nota ꝙ id ꝙ ualet plus,rūpitur p id ꝙ min⁹ ualet sic ff. de adimen. lega.l. legatum sub ꝺditione. §.j.Argu.ꝫ.ff.de rescinden.uendit.l. si id quod in prin.& §. fina. dic ut ibi notatur in glo.j.

c *Ideoque si quis.*s. institut⁹ hæres in secundo testamēto. Et iste uer. est exemplū quādo ualet fm test. & nō extitit ex eo hæres. & uide iij. exempla.

d *Decesserit.* quare non transmittit nec olī nec hodie ad hæredes: ut C. de cadu. tollen.§. in nouissimo.

[*Sed & si quis.*] Casvs. Dn̄e, iā uideo qualiter rumpit testm̃ primum per fm, licet fm testm̃ non habeat effectum: an plurib⁹ aliis modis rumpi pōt? Et rn̄.quòd sic nā aliquando rūpit primū per fm:ita tn̄, ꝙ utrūq; ualeat: si primū valet iure fideicōmissi, nō tanꝫ ex primo, sed tanꝫ ex secundo, ut liquet in tali exemplo. Quidā fecit testm̃ sollennitate obseruata postea fecit testm̃ fm simi liter cū debita iuris solēnitate: & in secundo testamēto instituit hæredem in certis rebus: & cum feciſſet secundum testamentū, adiecit, Volo quod illud ꝙ dixi in primo testamēto, ualeat. In casu isto dubitatur utrum primum testamentum uideatur ruptum per secundum? Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt primum testamentum per secundum sublatum esse: licet in secundo testamento hæres in certis rebus sit institutus. & uerba cōstitutionis prędictorum principum in hoc titulo inseruimus:& sunt uerba constitutionis hęc,Imperatores Seuerus & Augu.Coccio Campano salutem.Dubitari non oportet testamentum secundo loco factum, licet in eo rebus certus hæres scriptus sit,perinde iure ualere, ac si certarum rerum mentio in eo facta non esset, sed tanquam hæres esset simpliciter institutus.Veruntamen in hoc casu hæres scriptus in secundo testamento debet esse contentus rebus sibi in secundo testō datis,si sufficiant ad quartam totius: uel si non sufficiant,supleta sibi quarta ex lege Falcidia tenebitur vi fideicōmissi hæreditatem hęredibus scriptis in priore testō restituere:& hoc propter hæc uerba inserta in secundo testō ꝙbus testator expressit ut prius testm̃ ualeret. Et his modis supradictis,uidelicet arrogatione,& sui hæred.agnatione, & secundi testamenti constitutione,testm̃ iure factum rūpi intelligitur,& c.Cætera quæ in hoc titulo dicuntur,planissima sūt,

e *Sed & si quis.*iste.§.est lex.ff.ad Trebel.& īcip.Si ꝙs priore.Ac.

f *Priore testamento.*Nota hic argu,pro fn̄ia appellationis:utrum ex ea,vel ex prima agatur.* Sed ꝫ argu.C.de donationib⁹ inter uirum & uxorem.l.ex uerbis. Et simile pōt notari in l. penult,

Instituat.

extiterit aliꝙs hæres ex eo, a an non. hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit. b Ideoque si quis c aut noluerit hæreseſſe,aut uiuo testatore, aut post mortem eius antè quàm hæreditatem adierit, decesserit, d aut conditione sub qua hæres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamilias intestatus moritur. Nam & prius testamentum non ualet,ruptum à posteriore: & posterius æquè nullas habet uires; cum ex eo nemo hęres extiterit.

Etiam posteriore rite facto testamento in quo in certis rebus quispiam institutus fuit, primū cui hęres est uniuersalis tollitur testamentū: sin autē secundis tabulis vt priores quoque uim obtinerēt iusserit testator: tūc qui ex re certa scriptus est, uniuersam hæreditatē hæredi qui prior institutus est testamento,restituere tenetur.

Sed & si quis e priore testō f iure perfecto,posterius æquè iure fecerit: ēt si ex certis rebus g in eo hęredem instituerit,superius tamen testm̃ snblatum esse, C diui Seuerus & Antoninus Augusti rescripserunt, cuius constitutionis uerba & hic inseri iussimus, h cū aliud i quoque præterea in ea constitutione expressum sit. Impatores k Seuerus & Antoninus Augusti,Coccio Cā

ciusdem tituli.Acc. Additio. Tu dic ꝙ agitur ex prima in criminalibus.Idem in ciuilibus, si lapsu temporis sit confirmata, A puta quia est appellatio deserta:aliàs & per secundam sn̄iam, secundum Ioan.Fab.agitur ex utraque: sed secundum Angelum ex secunda,ex qua etiam agitur,si sit contraria primæ.

pano. l Testamentum secundo loco factum, licet in eo m certa rum rerum hæres scriptus sit, perinde iure ualere, n ac si rerū mentio facta non esset: sed tenere hæredem scriptum, o ut contentus rebus sibi datis, aut supplet a P quarta ex lege Falcidia, hæreditatē restituat his qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta verba secundo testamento,quibus ut ualeret prius testamētum, expressum est: q dubitari nō oportet.

B Et rumptum quidem testamē tum hoc modo r efficitur.

Per capitis diminutionem testamētum propriè fit irritū. Et largo modo testamentum rumpitur uel iniustum dicitur irritū & econtra.Aretinus. vide in 13 p.6.

Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur:ueluti cum is qui fecit testm̃, capite deminutus sit: s quòd quibus modis accidat, primo libro retulimus. t Hoc aūt casu u irrita fieri testamēta dicuntur, x cū alioꝙ y & quæ rūpuntur, irrita fiāt & ea quæ statī ab initio nō iure fiunt,irrita sint. Sed & ea q̄ iure facta sunt, & postea per capitis deminutionē irrira fiunt: possumus nihilo minus rupta dicere. Sed ꝙa sanè cōmodius erat singulas cās z singulis appellationi b⁹ a distingui,ideo quędā nō iure facta b dicūtur, quædam iure

g *Ex certis rebus.*quia totum habet,licet ex certa re sit institut⁹:& ideo rumpit̃ primum testm̃: ut hic, & ff.de hr̃dibus instituēdis. l.j.§ si ex fundo.in glo.institut⁹. Additio. Et hoc uerum quādo in eo.testō.non est dat⁹ alius cohæres: aliàs haberet̃ loco legatarij,prętersq̄ in querela inofficiosi testī.de quo dic ut per Angelū hic.

h *Inseri iussimus.*hoc titulo statim.

i *Aliud.*scilicet quòd expresse confirmari pōt primū in secundo,& alia ut patet in sequētib.

k *Imperatores.*ecce uerba dict̄ę ꝺstitutionis. Acc.

l *Campano.* s. rescripserunt salutem.

m *In eo.*s. secūdo testō.

n *Valere.*Accipe, dubitari non oportet,quòd est.j. Accur.

o *Scriptum.*s.in secundo testamento.

p *Suppleta quarta.*s. si res sibi datæ non faciant quartam.

[*Ex lege falcidia.*]Lex falcidia est de legatis. Cæterum inducta etiā est ꝫstitutione Seueri ī donationib⁹ cā mortis:& S.C.Pegasiano in fideicōmissis.& ꝫstitutione Antoni. in codicillis factis ab intestato. Hic loc⁹ indicat eā obtinere in fideicōmissis.Cuiac.

q *Remota.* quare ergo fecit ptor? Resp. ut successoribus uias ampliaret: ut j. e. §. quos. sic ff. de leg. ij. l. cũ filius. §. uariis. Arg. ꝙ ff. nau. caup. sta. l. idem. §. sed an sit. & §. sed si gratis. ADDITIO. Dic ꝙ imo cõcordant: qa ibi etsi non necessariũ, utile tũ fuit ptorem se intromittere: quia q recipit, oĩno tenetur, ut ibi, ꝙ nõ sẽp erat de iure ciuili, ſm. Ang. hic.

[*Quos autem.*] CASVS. Dñe iã uideo ꝙ prætor succurrit nõ solum indigentib⁹: sed ꝓ deo, nunquid est & alia dr̃ia inter eos q de iure prætorio, & eos qui de iure ciuili succedũt? Ad hoc rñdet quod sic. Illi. n. quos solus prætor ad successionẽ uocat, ipso iure hr̃des nõ sunt. Nã prætor hæredes facere nõ põt. Per l. .n. tm̃, vel per similẽ constitutionẽ iuris, ueluti per senatusconsulta, uel per ꝙstitutiones principũ fiunt hr̃des: sed illi quibus prætor dat. bon. poss. loco hæredum constituuntur. & in bon. poss. loco hæredum inducuntur, & bonorum possessores appellantur. Et hæc dicuntur usque ad illum. §. adhuc autem.

r *Ad hæreditatem.* ideſt ad successionem: ut emancipatos ab intestato, & cognatos.

s *Per senconsulta.* Tertyl. & Orfitia.

t *Cõstituuntur.* ut C. de suis & legitimis hr̃d. l. fi. ADDITIO. Idem in succedẽtib⁹ ex ꝙstitutione alicui⁹ Baronis uel Marchionis: quia cẽsetur esse ius prætoriũ. Et not. quod non habent nisi actiones utiles, nec ciuiles efficiuntur prætoriæ, secundum An.

[*Adhuc autem.*] CASVS. Dñe, iã uideo quare prætor introduxit bon. poss. & in quo differant illi qui admittuntur de iure ciuili, ab his q de iure prætorio admittunt̃. nũquid est aliqua alia rõ quæ mouit prætorẽ ut ipse successiones ampliaret? Et ipse rñdet ꝙ sic. Adhuc. n. oẽs alios gradus in bon. poss. dandis fecit prætor. Multũ. n. studuit prætor ad hoc, ne aliquis sine successione moriatur: & iõ ius percipiendarum hæreditatũ per l.

L duode-

* Eliciunt hinc doct. aliud esse bonorum possessionẽ, & aliud possessionem bonorũ: ꝙ altera iuris sit, altera uero facti: ꝙ qđ sint, vide hic apud Bald. Ioa. Pla. & Pe. Ias. in addi. ad Por. Accurs. ita appelletur, vide apud eundem Por. nu. 5.

b *Ius bonorum possessionis.* i. bonorum possessio, quæ * est ius persequendi retinendiq; patrimonij quod cuiuscunq;, cum is mo ritur, fuerit: vt ff. eo. l. iij. §. bonorum. Accur.

c *Emendandi.* i. supplendi: qa minus plenè dixerat ius ciuile, non cognoscẽs emãcipatos: vt š. de hr̃di. q̃ ab intestato. §. emãcipati. fic. ff. ad legẽ Rhodiã de iactu. l. vlt. §. j. & fi. Vel dic emendãdi ꝓpriè vt ī agnatis fęminis, vbi ius ꝓtoriũ ꝙ ius ciuile induxit: vt š. de legi. agn. succes. §. cęterũ. vers. sed qa. & ī posthum. vt). §. px.

Vel potius supplendi. Addidi, vel potius supplẽdi: vt in §. medi. ade Institut.

duodecim tabularum in finibus anguſtiſsimis conſtitutũ prætor ex bono & æquo (bonorum poſſ. introducẽdo) dilatauit. Et hæc dñr uſque ad illum.§. Sunt autem bonorum poſſeſſiones cuius caſus eſt planiſsimus uſque ad illum.§. Sed eas. Fran.

a *Complures.* q̃ lex duodecim tabularum, uel quàm dixerat.

b *Ne quis* .ſic. ff. de interrog. act. l. & quia. in princ.

c *Nam anguſtiſſimis* . nam ſui hęredes & agnati tãtum ſuccedebant de iure ciuili ius integrũ habentes: quia non ſunt emãcipati. de aliisenim non dicitur: ut ſ. de hæredit. quæ ab inteſta. §.j. & de legit. agna. ſucceſ. in princ.

d *Præteritis liberis.* ſiue emancipatis, ſiue nõ: ut C. de libe. præter. l. maximum. circa princ. Acc.

* Cõmittere edictũ. i. aperire edictũ inſtituto dicõtra ta. qđ facit præteritus pretendo. gl. in l. 3. §. ſi quis à liberis. ff. de contra ta. nã inſtituti eo ipſo q; alii sũt præteriti, habẽt bo. poſ. cõtra ta. gl. in l. ſi p' mortẽ. §. fi. ff. de bo. poſ. contra ta. & non ſolũ aperitur edictũ per nũa, ſed etiam per naſciturum l. illud § fi ff. de contra ta. Aeg. P.

ADDITIO. Non tamen datur exhæredatis: itẽ nec inſtitutis, niſi commiſſo * edicto per præteritos: ut l. nõ putauit in princ. & §. fina. ff. de bonorum poſſ. contra tabu. licet adhuc dictus præterit⁹ nõ petat, nec amplius petere poſsit ꝙ tabulas, ſecundum Angelum.

† Idem fere operatur bono. poſ. cõtra ta. & querela inofficioſi teſtamenti, ſed illa de iure p̃torio: hac de ciuili: Aeg. Per.

e *Cõtra tabulas* ,ſed quare datur ſuis contra tabulas: cum ipſo iure nullum ſit teſtamentum: ut ſ. de exhęreda. lib in princ. Reſpon. duas habet uias: unam de iure ciuili, per quam poteſt dicere nullum. Aliam de iure prętorio, per quam non dicit nullum, ſed annullandum: cũ nec fieri, nec deſinere poſſit hæres de iure prætorio: ut C. de liber. præteri. l. fina. & ſ. eodem §. quos autem. Item quare contra tabulas dicitur ex teſtamento: cum magis contra teſtamentum dici deberet, cum rumpit teſtamentum: ut C. de colla. l. ut liberis? Reſpond. ideo ſic dicitur, quia ſine teſtamento competere non poteſt. Item quare hanc præmiſit, cum ſecundum tabulas dignior ſit? Reſpon. quia donec iſta competit, illa dari non poteſt: ut ff. de contra tab. l. illud. §. fi. & de ſecun. tab. l. j. §. æquiſſimum. j. reſpon. Item nunquid hæc parenti datur cõtra tabu. filii emancipati? Reſp. ſic, ad inſtar patroni: ut ff. ſi à patre quis. fuerit manumiſſus. l. j. & arg. ff. de bonis dan. l. fin. ſic. ff. ſi tab. teſt. nul. exta. l. j.a

a) Etiam ſi ſit nullũ teſtamentũ: ut q; ſine cã præteritus ſit: ſicut de filio ſupra dictũ eſt. & hæc uera in aſcẽdentib. p maſculinũ ſexũ: ſecus ſi per fœminã, quia datur querela tãtum. l. illud. §. ad teſtamenta. ff. de contra tab. ange,

f *Secundum tabulas.* ſic. ff. ſi tab. teſta. nullæ ext. l. j. Et hoc quãdo teſtm̃ factum eſt in ſcriptis. aliàs ſecundum nuncupationem: ut C. de ſecundum tab. l. ij.

g *Fecit.* ſic. ff. ſi tab. teſta. nullæ exta. l. j. in princ.

h *Primo loco.* ſ. inter eas quæ ab inteſtato deferuntur. Et nota hunc ordinem qui ſequitur, in edicto fuiſſe: ſed non in obſeruando: ut j. ſequitur.

i *Connumerantur* . ut ſupra de hæredi. quæ ab inteſta. §. ij. & §. emancipati.

k *Vnde liberi.* Quid erit cũ filio emancipato mortuo? Rñ. pater habet bonorum poſſ. Vnde parentes, uel Vnde liberi utiliter: cum æqua ratione uocẽt patrem ad hæreditatem filii: ut ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi. & ff. Vnde liberi. l, ſcripto. Vel dic, Vnde legitimi, cum ſemper contracta fiducia eum emãcipet: ut ſ. de legitima agnatorum ſucceſſione. §. fi. Item nũquid filio in bonis matris datur hæc bonorũ poſſeſſio? Rñ. non: ut C. de ſuis & legitimis hæredibus. leg. finali. Item nunquid in aliis ulterioribus ex linea deſcendentibus ſupradicta ſeruantur, ſ. ultra filios? Rñ. ſic, cum omnes inferiores dicantur liberi: ut ff. de ver. ſign. l. liberorum in prin. Accur.

l *Secundo legitimis* i. agnatis, & eis qui eorum loco ſunt: ut ſ. de legit. agna. ſucceſ. §. j. & ij. & §. hoc etiam. & ff. unde legiti. l. ij. §. hæc autem. ij. & l. iij.

m *Tertio decem perſonis.* quas extraneo manumiſſori, i. ei q̃ emebat filium à patre & p̃ poſtea eum manumittebat: b nam ſic fiebat olim emancipatio: ut ſ. quib. mo. ius pat. pot. ſol. §. prætrea. uel melius ut j. eo. §. quæ autem,

b) Placet Fab. & Angel.

n *Quarto cognatis,* qui iure ciuili nõ uocãtur: ut ff. unde cog. le. j. j. reſpon. & ſupra de ſucceſ. agnat. j. reſpon.

o *Quintotum quem ex familia.* quę dabat patrono liberto morienteab inteſtato: ſequẽs dabatur eodẽ liberto moriẽte cũ teſtamento, ſecundum quoſdam. Vel dic c ꝙ hæc familiæ, i. agnatis tranſuerſalibus patroni datur uſque ad quintum gradum

c) Idẽ Io. Fab. Ang. & Iaſ.

Adhuc autem & alios complures a gradus p̃tor fecit in bonorum poſſeſſionibus dãdis, dum id agebat, ne q̃s b ſine ſucceſſione moreretur. Nam anguſtiſſimis c finibus cõſtitutum per legem xij. tabularum ius percipiendarum hæreditatum, prætor ex bono & æquo dilatauit.

Decem bonorũ poſſeſſiones hic enumerãtur, quarũ duæ primæ cõpetunt teſtamẽto facto: reliquæ verò ab inteſtato. Ang. B

Sunt autem bonorum poſſeſſiones ex teſtamento quidẽ hę: Prima, quæ præteritis liberis d datur: uocãtq; *Contra tabulas.* e † Secũda, quam omnibus iure ſcriptis hęredibus prætor pollicetur, ideoq́ue vocatur *Secundũ tabulas.* f Et cũ de teſtatis priu s locutus eſt, ad inteſttos tranſitũ fecit. g Et primo loco h ſuis hæredibus, & his qui ex edicto prætoris inter ſuos hęredes connumerantur, i dat bonorũ poſſeſſionem quæ uocãt *Vnde liberi.* k Secundo legitimis l hæredibus. Tertio decẽ m perſonis, quas extraneo manumiſſori p̃ferebat. Sunt autem decem perſonæ hę: pr̃, mater, auus, auia, tã paterni quàm materni: item filius, filia, nepos, neptis, tam ex filio quàm ex filia: frater, ſoror, cõſanguinei vel uterini. Quarto cognatis n proximis. Quinto *aliàs tãquã* † *ex familia.* o Sexto patrono, p patronę́q;, liberis q́; eorum, & parẽtibus. Septimo q viro & vxori. Octauo cognatis manumiſſoris.

Bonorum poſſeſſiones cõtra tabulas & ſecundũ tabulas: itẽ Vnde liberi, & Vnde lr̃imi, ſiue agnati: hodie ſunt neceſſariæ.

Sed eas † r quidem prætoria introduxit iuriſdictio: à nobis prętor. ex ſua iuriſdictione introduxit, à nobis tñ nihil ſine cura & ſtudio prætermiſſum eſt: ſed per noſtras conſtitutiones omnia corrigentes, duas bono. poſſ. ex teſtamento à prætore introductas, uidelicet contra tab. & ſecundum tab. utpote neceſſarias conſtitutas, diuiſimus; nihil penitus circa eas immutantes: & ſimiliter ab inteſtato bonorum poſſeſſ. Vnde liberi, & bonorũ poſſe. Vnde legitimi, in ſuo ordine & uigore remanere permiſimus. Illam autem bonorum poſſ. quæ appellatur Vnde decem perſonæ, & quæ in edicto prætoris quinto loco poſita fuerat, adnumeratis videlicet duab⁹ bonorũ poſſeſsionibus: eã pio ꝓpoſito & cõpendioſo ſermone ſuperuacuã eſſe oſtendimus. Cũ. n. prædicta bonorum poſſeſſio decẽ perſonas ſupra enumeratas extraneo manumiſſori præponebat, i. illi qui non ꝫcta fidúcia ſuccedẽdi emancipauerat: noſtra cõſtitutio de emancipatione liberorũ facta, omnibus parẽtibus liberos manumittentibus, hoc gaudere priuilegio conceſſit, ut ex ipſa liberorũ emãcipatione (licet hoc non dicat expreſſe) fiduciã ſuccedẽdi tacitè uideantur ꝫxiſſe. Manifeſtè ergo liquet prædictã bonorũ poſſeſſionem Vnde decem. perſonæ, ſuperuacuã eſſe: cum nullus hodie manumiſſor noſtræ conſtitutionis auctoritate (vt dictũ eſt) ſine ꝫcta tacitè fiducia ſuccedendi in bonis manumiſſi intelligatur manumittere. Sublata igitur quinta bonorũ poſ. in gradũ eius & locum illã bonorũ poſſeſſ, quæ antea ſexta fuerat, uidelicet bonorum poſſeſ. Vnde cognati, per noſtrã conſtitutionẽ induximus: & eandem quintã fecimus: & cum olim in edicto prætoris ſeptimo loco poſita fuerat bon. poſſeſ. quaſi ex familia, & octauo loco bono poſſeſ. Vnde liberi patroni patronæq́; & parẽtes eorũ: vtrã q̃ p noſtrã cõſtitutionem de iure pat. factam euacuauimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones uſq; ad quintum gradum coartãtes poſuerimus: ſufficiunt prędictis perſonis tam contra tab. bono. poſſ. quàm Vnde legitimi, & Vnde cognati, per quas poſſint prædictæ perſonæ ſua iura uindicare: & omni ſcrupuloſitate & inexplicabili errore duarum prædictarum bono. poſ. remota: & bonorum poſſ. vnde vir & uxor, quæ inter ueteres bono. poſſeſſiones in nono loco poſita fuerat, in ſuo vigore ſeruauimus: & altiori loco, id eſt ſexto eã poſuimus, decimam uerò bono. poſſeſ. quæ appellabatur Vnde cognati manumiſſoris; propter prædictas cauſas meritò abrogauimus, ut tantum ſex bonorum poſſ. ordinariæ permaneãt ſuo uigore polentes. Et hæc dicunrur uſque ad illum.§. ſeptima eas. Fran.

† Sunt prima edicti uerba, ut in l. j. l. fi. ex duobus ff. Vnde leg. l. ex illa. ff. de verb. ſign. Cuiac.

† Decem bonorum poſſeſsiones.

r *Sed eas.* ſ. ſupradictas decem bonorum poſſeſſiones.

a *Incuriosum.* idest sine cura.
b *Constitutionibus.* quæ rema nserunt in Græco. Acc.
c *Necessarias.* i. utiles. sic ff. de offic. præto. l. j. in princ. ADDITIO. Dic, imò aliquæ sunt necessariæ: ut infra. eo. §. fi. &c. Ang.
d *Quinto loco.* s. cõnumeratis bonorum possessionibus ex testõ & ab intestato.

Extraneus manumissor.

e *Manumissori.* expone vt ſ. §. iij. Vel dic q extraneꝰ manumissor ẽ ipse pater, qñ non exꝫcta fiducia emancipat. Sed si quæras, quare sibi ipsi p̃ ferẽ? Rñ. sane intelligas, vt pater auũ emancipãtem nepotem p̃cedat, uel si ipse pater emancipauit, inueniunt tñ nouẽ p̃sonæ q eũ p̃cedũt.
f *Constitutio.* C. de emancipa. lib. l. fin.
g *Manumissoribus.* i. emancipatoribus.
h *Contracta fiducia.* i. saluo iure succedendi. Acc.
i *Manumissionem.* i. emancipationem.
k *Dedit.* i. concessit.
l *Manumissio.* i. emancip.
m *Supradicta bonorum possess.* vnde decẽ p̃sonæ.
n *Constitutionem.* de qua habuimus mentionẽ. ſ. de succ. lib. §. sed nostra.
o *Posuerimus.* ut supra ð succes. libet. §. multis.
p *Sufficit eis.* s. tã cognatis q agnatis p̃roni. ADDITIO. Qui excludunt agnatos & cognatos ipsius liberti, ut l. liberto sine liberis. ff. de bo. lib. nec eis fit iniuria: qa si stetissent ī seruitute nõ habuissẽt cognationẽ:

a) Et ad hoc implorari potest officiũ iudicis, non autem agi actione in iuriarum secundum Ioan. Fab. hic.

Altiori. hinc trahe q digniores altiori loco sedere debent, a & est altior, q proximior dño ẽ. tyrones uero posteriori: vt C. de tyro. l. fi. lib. xij. & ff. de aqua plu. arcẽ. l. j. §. pẽ. C. de of. rect. pro. lege potioris. Acc.
r *Decima.* bene dico sexto poni: & hoc dico sublata decima. Accur.
s *Enumeratas.* ſ. e. §. cũq; [*Septima eas.*) CASVS. Dñe, iã uideo qualiter correxistis iꝰ p̃toriũ circa bonorũ pos. à prætore introductas: & qualiter quatuor per uestrã constitutionẽ sublatis, sex tñmõ bo. poss. fecistis p deo dicatis, si placet, nũqd est aliqua alia bonorũ pos. Et rñ q sic. nã sex p̃dictas bonorũ pos. ordinarias, septima extraordinaria subsecuta est, quã qdẽ septimã extraordinariã p̃tores optima rõne ītroduxerunt & hæc septima extraordinaria oĩbus his cõpetit, qbꝰ vt detur bonorũ possessio, l. vel nouo iure, uel senatusc. cautum est: quam quidẽ septimã extraordinariã bonorũ poss. prætor neque bonorũ possessionib. q̃ ab intestato, neq; eis quę ex testõ sunt, stabili iure q̃numerauit: sed quandoq; ex testõ, & quandoque ab intestato quasi ultimum & extraordinarium auxilium prout res exigit, accõmodauit illis, qui ex legibus, uel senatusc. vel principum q̃stitutionibus nouo iure ex testamento uel ab intest. ad successionem ueniunt. Et hæc dicuntur usq; ad illum §. Cum igitur plures species. Cæteri casus usque ad finem tit. plani sunt.
t *Introduxerunt.* ut ff. ut ex lege. & senatusc. l. j. j. respon.
u *Vt detur.* s. bonorum possessio. Et no. duo b esse necessaria ut

b) Imo quatuor requiruntur. Iaſ. in l. fi. C. unde legiti.

hæc bonorum poss. cõ petat. s. ut lege caueatur ut bon. poss. detur: & q de iure ciuili non possit succedere, alias competit Vnde legitimi, ut ff. vnde legitimi. l. iij. & ff. vt ex legib. & senatusc. l. j. §. fin. Accursius.
Lege. ponunt quidam exemplum ex testamẽto: ut C. de inoffi. testa. l. iij. §. sed cum eam. ex eo quod filius natus in puerperio institutꝰ præsumit. Ab intestato ponunt exẽplum in agnatis fœmininis, & in quibusdã cognatis qui efficiuntur agnatis similes ut ſ. de leg agna. succ. §. hoc etiam. Vtrunque reprobo: qa nulla lex expresse dat supradictis bon. poss. sed eos succedere dicit. Ergo non datur hęc septima, sed Vnde legitimi: ut ff. vnde legitimi. l. iij. Pone ergo exemplum ex testamẽto in posthumo alieno instituto: ut ſ. e. §. j. a q incipit, nam si alienus. Itẽ tã ex testamẽto, quàm ab intestato. pone exẽplum in eo qui decessit apud hostes, in cuiꝰ bonis datꝰ bonorum poss. ex lege noua Corn. vt ff. de bono. poss. l. iij. §. sed & eius.
Senatusconsulto. Orfitia. tia. & Tertyl. ut ff. unde leg. l. iij. in princ. & §. fin. nam eis datur bonorũ poss. ibi, & non succedebant de iure ciuili, ut ſ. ad Tertyl. in princ. debet ergo dari hic: ut ff. unde legitimi. l. iij.
Constitutione. ponunt exemplũ. ſ. de legitima agnatorum succ. §. hoc etiam. Item. C. de emancipa. lib. l. fin. Sed hoc reprobo: cum lege non caueatur eis dari bono. poss. unde habent unde leg. ut ff. unde legitimi. l. iij. Potest tamen dici quod ibi subaudiãtur maxime. & sic stabit prima expositio. Vel melꝰ dic, sic aliq. noua q̃stit. fieret de nouo, quæ daret bonorũ poss. ex ea daretur hæc septima.
Extraordinarium. Not. duobus modis fieri bonorum, possessionẽ extraordinariam: quia uaga, ut hic. Itẽ quia nõ tribuit ius: vt. Carboniana, & si uenter mittatur in possessionẽ, & illa quæ datur gratia agnoscendæ litis, quæ datur * sine causæ cognitione: ut ff. de Carbon. edict. l. iij §. causæ. & de uentre in poss. mit. l. ubicunq; §. interdũ. & de inoffi. testa. l. Papin. §. j. & aliæ, cum causæ cognitione: a ut ff. de bonorum poss. l. iij. §. fi causa. & quis ordo in bonorum possessio. ser. l. ij. §. dies & §. in bonorum.

c) Placet A. ex in l. fi. C. unde legiti. in 4. colum.

Add. aliam. vide Aſſ. Rebuffum referentem. in prin. Succes. cap. 33. nº 1.

d) Dic hoc exemplũ nõ esse bonum secũdum doctos. quia de iure nouo succedunt iure ciuili. ergo habent unde legit. vt ff. unde legit. l. 3. de iure antiquo prætor dabat bo. poss. ergo ista cessat, ut supra de leg. ſ. posthumo. Ang. Alias P mittitur.

* Inscriptis exẽp. eã dãtur. a) Hodie autem sine petitione & sine causæ cognitione & datione coram iudice agnascũtur. argu. l. pe. & fin. & q ibi not. per gl. & doct. C. qui admi. ad bó. pos. &c. Ange.

a *Plures.* quia decem, quarum sex remanserunt ordinariæ: ut ſ. eo.§. aliam. vſque ad §. ſeptima.

b *Diſpoſuiſſet* alio modo in edicto, quàm de facto competit: ut diximus, ſ. eo. titu. §. vj.

c *Differrentur.* ſic. ff. de ſuc. edic. l. j. j. reſpon.

d *Liberis.* naturalib. & emãcipatis & emãcipãtib. vt ff. ḍ ſuc. edi. l. j. §. fi.

e *Anni ſpatium. &c.* in honorẽ ſanguinis, īmo nõ vñr coartãdi: cũ velut ad ꝓpria bona veniãt: ut ff. eo. de ſuc. edict. l. j. §. largius. & de liberis & poſt humis. l. in ſuis.

f *Accreſcit.* partes. n. nõ pertentiũ accreſcunt pertentibus: a ut C. qñ nõ pe. par. pe. accreſ. l. j.

a) Et hoc uerum ẽt ipſo iure quãdo eo dẽ iure ſuccedunt: ſecus ſi diuerſo: ut hic ꝑ An

g *Ex ſucceſſorio edicto* hoc intellige ī cognatis, ſed inter agnatos ſucceſſotiũ edictũ locũ nõ hẽbat: ſed hodie utrunq; locũ hẽt: ut ſ. de legit. agnant. ſuc. §. placebat.

h *Pollicetur.* ſ. prætor.

i *Non eſſet.* excluſus tñ tãq̃ filius admitti ꝑt vt agnatus: & excluſus vt agnatus, admittitur ut cognatus: ut ſibi ſuccedere videat: ut ff. ḍ ſuc. edic. l. j. §. ſed vidẽdum. ADDITIO. Tu dic ꝙ ſimplex repudiatio, vel relata ad hr̃ditatẽ, concernit omne ius & oẽs uias ſuccedendi qñ hẽt ſubſtitutũ. ſecus ſi ad iº adeundi quia ad illud tm̃ referr̃ quod exprimitur: niſi eſſet adiecta cã generalis: puta quia hæreditas eſt damnoſa uel ſimilis. nam ex tali ratione repudiatio ad utrunq; refertur, ſecũdum Angelum hic.

ꝙ Sic ſua cuiq; nocet mora. Aegi. Per.

k *Repudiauerit.* intra ſuũ tempus.

l *Admittuntur.* vt C. e. l. fi.

m *Dies utiles.* in quibus tria occurrere oportet, ſ. quòd iudicis copia ſit, item actoris, itẽ rei. ut ff. de diuer. temp. præſ. l. j. & ff. quis ord. in bon. poſſ. ſer. l. j. in prin. & §. dies. ADDITIO Hoc uerum ītellige de iure antiquo. Item in illis bo. poſſ. quę tribuũt ius: ſecus in aliis, ut eſt bon. poſſ. quæ dat̃ gratia litis agnoſcendæ, itẽ Carboniana, & quæ vẽtris nomine de quibus an tribuant ius in poſſ. & an hodie procedant, & in eis locum habeat iſte tex. vide per Io Fab. hic. Hodie autem indiſtincte in omnibus bo. poſſ. dies dicuntur utiles, ẽt ſi iudex pro tribunali nõ ſedeat: & incipiũt currere à die ſcientiæ: & currũt quandiu non dubitat an ſibi comperat bono. poſſ. ſecundum Ang. hic.

Dies utiles. Dies utiles ſunt q̃bus ſcierit ſibi bo. poſſ. cõpetere, quibuſq; eã potuerit petere. His opponunt̃ dies ꝙtinui. Edicta lis bono. poſſ. quocunq; die, peti, & de plano dari ꝑt. Decretalis nõ niſi de tribunali. Decreta n. tribunal exigũt: Edictalis ordinaria eſt: Decretalis non item. l. filium. §. ſi quis q̃. de leg. præſtã. l. iij. §. ult. D. de carb. ed. Edictales in hoc titu. præpoſitæ ſunt Exempla decretalium commodiore tradentur loco. Cuiac.

n *Principes.* C. qui admit. ad bono. poſſ. l. penul. & fi.

Ne diutius creditores ſuis actionibus experiri remorent̃, ac percunctãdo eludant̃, liberis & parẽtibus anni ſpatiũ, agnatisve rò & cognatis dierum centum, ad petendã bonorum poſſeſſionẽ præmittur: portio autem nõ petẽtis pari in gradu accreſcit: uel ſi nullus extiterit, per edictũ ſucceſſorium, qui in ſequenti ſunt in gradu admittuntur.

Cum igiitur plures a ſpẽs ſucceſſionum prætor ītroduxiſſet, easq; ꝑ ordinẽ diſpoſuiſſet, b & in vnaquaq; ſpecie ſucceſſionis ſæpe plures extẽt diſpari gradu ꝑſonæ: ne actiones creditorum different̃, c ſed haberẽt quos cõ uenirent: & nè facilè ī poſſeſſionem bonorũ defuncti mitterentur, & eo modo ſibi conſulerẽt: iõ petendæ bonorũ poſſeſſioni certum tẽꝑs præfiniuit. Liberis d itaq; & parẽtibꝰ tã naturalib. q̃ adoptiuis ī petẽda bonorũ poſſeſſione anni ſpatiũ, e cęteris [ãt agnatis uel cognatis] centũ dierũ dedit. Et ſi f intra hoc tẽꝑs uel aliquis bonorũ poſſeſſionẽ non potierit, eiuſdẽ gradꝰ ꝑſonis accreſcit: f uel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorũ poſſeſſionẽ perinde ex ſucceſſorio edicto g pollicet̃, h ac ſi is q̃ pcedebat, ex eo numero non eſſet. i

Primo repudiante bonorum poſſeſſionem ſtatim ſequenti incipit currere tempus. Aret.

Si quis itaq; delatã ſibi bonorũ poſſeſſionẽ repudiauerit: nõ quouſq; tẽꝑs bonorũ poſſeſſioni præfinitũ exceſſerit, expectatur: ſed ſtatim cæteri ex eodẽ edicto admittuntur. l

Dies ad bonorum poſſeſſionẽ agnoſcẽdã præfixi, utiles ſunt, non continui: & bonorũ poſſeſſionem citra ſollennitatem coram iudice agnoſcere ſufficit. m

In petenda q̃ũt bonorũ poſſeſſione dies utiles m ſinguli conſiderantur. Sed anteriores principes n & huic cauſæ prouiderunt, ne quis ꝑ petẽda o bonorum poſſeſſione curat, ſed quocunq; modo admittentis eã iudicium † intra ſtatutã tñ tẽpora oſtenderit, ꝑ plenũ habeat eorum † beneficium,

TITVLVS XI
DE ACQVISITIONE per arrogationem.

Quamuis omnia arrogati bona, (his dẽptis quæ capitis deminutione pereunt) arrogatori patri olim pleno iure acquirerent̃, hodie tamen ſolus aduẽtitiorũ vſusfructus inſtar naturalium liberorum illi quæritur.

Est & alterius generis per uniuerſitatẽ ſucceſſio, q quæ neque lege duodecim tabularum, neque prætoris edicto, ſed eo iure quod conſenſu r receptũ eſt, introducta eſt. Ecce enim cũ paterfamilias ſeſe in arrogationẽ dat: oẽs res s eius corporales & incorporales, quæque ei debitę ſunt, arrogatori antea t q̃dẽ pleno iure acquirebãtur: exceptis his quæ per capitis deminutionem u pereunt, quales ſunt operarum x obligationes, & ius agnationis. y † uſus etenim & vſusfructus licet his antea cõnumerabantur: attamẽ capitis deminutione minima eos tolli noſtra prohibuit cõſtitutio. z Nũc autem a nos eandem acquiſitionẽ q̃ per arrogationem fiebat, coartauimus ad ſimilitudinem

o *Propetenda.* erat enim alia edictalis, q̃ ex edicto mortui prætoris cõpetebat. hanc non erat neceſſe peti: ut ff. de bn. poſſ. l. iij. §. ſed ſi nemo. Alia decretalis, q̃ ꝑtore uiuo decernitur: b & hoc olim ſoleniter: hodie ſufficit quocunq; mõ dicat ſe uelle agnoſcere, quæ iudicialis dici poteſt, q̃ ī iudicio ꝑſentia agnoſcitur, ut hic, &, C. qui admit. ad bo. poſſ. l. pe. & fi. Item nunquid hodie bo. poſſ. locum habent? Reſpon. ſic, nã & eas proponere quis poteſt: & ꝑ tab. neceſſaria ẽt eſt filio emancipato & præterito. Itẽ unde uir & uxor, neceſſaria vr̃: & ut olim aliæ non erãt neceſſariæ, ſic nec hodie: eis tamẽ uti poſſumus. Alij cõtra, cum nouus modus ſuccedẽdi ſit inuentus: ut in authen. de hære. ab inteſt. per totum. col. ix.

b) Hodie tamen receſsit ab aula, quia nec decreto nec partis citatione opeſt; ut d. l. fi. ¶m An.

† id eſt uolũtatis ſignum.

† i. principium.

p *Oſtenderit.* corã quocunqu iudice.

DE ACQVISITIONE per arrogationẽ.

Diuiſio.

Quia bona quæ nobis acquiruntur titulo uniuerſali, aut acquiruntur per additionẽ hæreditatis, aut per bono. poſſ. aut per arrogationẽ, aut per addictionẽ bonorũ cauſa libertatũ cõſeruandarũ. §. fin. ſupra per quas perſo. no. acq. ideo uiſo ſup. de hære. & bon. poſſ. ſequitur uidere de acquiſitione per arrogationẽ. Por.

St & alterius.] Totus iſte tit, diuiditur in tres partes. Primò unde fuit introducta acqſitio ꝑ arrogationẽ. Scdò poſtea illud declarat tã de iure antiquo, q̃ moderno, & qd arrogatori acquirat̃. Tertiò an arrogator teneatur ad debita arrogati. Secũda ibi, Ecce n. Tertia ibi, Sed ex diuerſo.

q *Succeſſio.* ut ff. pro ſocio. l. actione. §. morte unius. uerſi. ſocieras.

r *Conſenſu.* ſcilicet arrogantis & arrogati.

Perdit arrogatus agnationẽ. i. ius ſuccedendi tanquã agnatus, ſed nõ tanquam cognatus, Aegi. Per.

ſ *Omnes res.* & etiã filij, ut ſ. de adop. §. illud.

t *Antea.* i. iure ueteri.

u *Per capitis deminutionẽ.* ſ. minimam. nam dãdo ſe in arrogationẽ minimã cãpitis deminutionem patitur, ut ſ. de cademi §. minima.

Operas obſequiales debent liberti patroni.

x *Operarum.* hoc intellige ḍ operis quæ à libertis debentur, & nõ trãſeunt ad hæredẽ extraneũ, ut ſunt obſequiales quæ in faciẽdo cõſiſtunt. ſ. aſſurgere, & ſimilia, ut ff. de ope. lib. l. liberti. Itẽ in fabrilibus incertis, ut ff. de oper. lib. l. ſi operarũ iudicio aliud ſi conduxerit ille arrogatus operas alicuius. nam iſtæ arrogatori quæruntur.

y *Ius agnaticnis.* ius ſuccedẽdi, qḍ quis per agnationẽ cõſequit̃. & hoc hodie eſt, ut j eo. §. mortuo. Itẽ ius petendæ bon. poſſ. perit, ſi ante eã petitã arrogandũ ſe dederit. aliud ſi iam petiit, ut ff. unde lib. l. fi. & de contra tab. l. iij. §. ſi emancipatus. Accu. ADDITIO. Ius tñ adeundi de iure ciuili indiſtincte retinet, & forte etiam inuitus adire cogi poterit ad inſtar naturalis.

z *Conſtitutio.* C de uſu fr. l. corrupti onem. Accur.

a *Nunc autem.* aduerſatur ei quod ſ, dixerat, quòd omnes res acquirebantur arroganti.

naturalium parẽtum. [a] Nihil .n. aliud nisi tm̃mõ ususfructus tã naturalibus parentibus, q̃ adoptiuisp filiosfamilias acquiritur in his reb. q̃ extrĩsecus [b] filiis obueniũt, dn̄io eis ĩtegro seruato

Arrogati filii in arrogatione uita functi successio ad arrogatorem pũnet: nisi superstũt qui ei præferantur. Item ꝑ debitis ante arrogationem contractis non tenetur arrogator.

Mortuo autem filio arrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerũ eius ad arrogatorem ptransit: nisi supersint aliæ ꝑsonæ, [c] quæ ex cõstitutione nostra patrem in his quæ acquiri non possunt, [d] antecedant.

Arrogator non tenẽt nõie prio ad debita arrogãti prius cõtracta, sed nõie filij tenetur. Ar.

Sed ex diuerso pro eo quod is debuit qui se in adoptionem dedit, ipso quidem iure arrogator non tenetur, sed nõie filii cõuenitur: [e] & si noluerit eum defendere, permittitur creditoribus per competentes nostros magistratus bona que eius cum usufructu futura fuissent si se alieno iuri nõ subiecisset, possidere, & legitimo modo ea disponere.

TITVLVS XII.

DE EO CVI LIBERTATIS CAVSA BONA ADDICVNTVR. †

Si hæreditas illius q̃ libertates reliquit, non adeatur: potest ille cui libertas est relicta, uel alius, petere sibi addici bona defuncti & satisfacere creditoribus: & erit tanquã successor defuncti, & serui quibus libertas directo uel per fideicommissum est relicta, erunt liberi, etiam si bona forẽt à fisco occupata. Aret.

Accessit nouus casus successionis [f] ex constitutione [g] diui Marci. Nam si hi qui libertatem acceperunt [h] à domino in testamento, [i] ex quo non aditur hæreditas, [l] uelint bona sibi addici libertatum conseruandarũ causa, audiuntur. Et itadiui Marci rescripto ad Põpiliũ Rufum cõtinetur. uerba rescripti ita se habẽt: Si Verginio Valẽti, q̃ testamento suo libertatem quibus dã ascripsit, nemine successore ab intestato existẽte, in ea causa bona eius esse cœperũt, ut, ueni re [m] debeãt: is cuius de eare notio est, aditus: rationẽ desiderij tui habebit, ut libertatũ tam earũ quæ per speciẽ fideicõmissi relictæ sunt: tuendarũ gratia addicãtur tibi, si idoneè [n] credito ribus [o] caueris de solido, quod cuique debetur, soluẽdo. Et hi quidem quibus directa libertas data est: pinde liberi erunt, ac si hæreditas adita esset. [p] Hi autẽ quos hæres manumittere rogatus est, à te libertatẽ consequentur: ita autẽ, si non alia conditione uelis tibi bona † addici, qui vt hi ẽt qui directò libertatẽ acceperunt, tui liberti fiant. [q] Nã huic [r] etiã uolũtati tuæ: si hi de quorũ statu agitur, cõsentiãt, [s] auctoritatem nostram, accõmodamus. [t] Etne huius rescriptionis nostræ emolumentũ alia ratione irritum fiat: si fiscus bona agnoscere uoluerit, & hi qui rebus nostris attendunt, [u] sciãt cõ modo pecuniario præferẽdã [x] esse libertatis causã: & ita bona cogẽda, [y] ut libertas his salua sit qui eã adipisci potuerũt, ac si hereditas ex testõ adita esset. [z]

Bonis addictis cessat uenditio [illegible]

Hoc rescripto subuentum est & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur & ueneant. [a] Certe si fuerint hac de causa bona addicta, cessat bonorum uenditio. Existit .n. defuncti defensor, & quidem idoneus qui de solido creditoribus cauet.

Addictio bonorum tũc demũ habet locũ cũ defunctus reliquit libertates ex testamento, uel ab intestato. Aret.

In primis hoc rescriptũ totiẽs locũ habet, quotiens testõ libertates datæ sunt. Quid ergo si q̃s intestatus decedens codicillis libertates dederit, neq; adita sit ab intestato hæreditas? fauor cõstitutionis debebit locũ habere. Certè si testatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, [b] nemini dubiũ est tunc constitutioni locũ esse uerba ostẽdũt, cũ nemo successor ab ĩtestato existat. Ergo quãdiu incertũ erit vtrũ existat, an nõ: cessabit cõstitutio. Si verò certũ

a *Naturalium parentum*. vbi in aduentitiis tantũ vsusfructus quæritur: vt C. de. bon. que libe. l. cum oportet.

b *Quæ extrinsecus*. i. in aduentitiis.

c *Aliæ personæ*. vt descẽdentes ex filio arrogato: vt C. communia de suc. l. fi. ubi est constitutio de qua hic fit mentio. Item si hic arrogatus esset impubes, & ĩpubes decederet, admitterentur etiam alij ex stipulatione: ut ff. de adop. l. nõ .n. aliter. & l. his uerbis. & l. hæc autẽ & s. de adopt. §. cũ aũt Sed quid in patre naturali, à quo hic arrogat⁹ erat emancipatus? Rñ. Pla eũ præferri arrogãti a sed hodie fratres vtrinque ꝯiuncti uocantur cũ arrogante: ut in auth. de hęre. ab intest. §. consequens. coll. ix.

d *Non possunt*. ut in aduentitiis. profectitia. n. sibi non auferentur.

e *Conuenitur*. de facto. nã non tenetur de iure sed de his quæ ꝯtraxit postquam fuit arrogat⁹, tenetur de peculio: vt ff. de pecu. l. in arrogatorẽ. b & si tũc nõ defendat pater, in bonis ipsi⁹ patris fit missio: vt ff. quib. ex cau. in pos. eatur. l. Falcinius. §. si. quis. Acc.

DE EO CVI LIBERTATIS causa &c.

Supra uisum est de acquisitione quæ fit per arrogationem, & sic titulo vniuersali. verum quia est & alia. quæ fit per addictionem bonorum libertatum conseruandarum causa. §. fi. supra per quas per son. nobis adquir. ideo subdit de eo cui libertatis. causa bona addicuntur. Porcus.

Accessit.] Totus iste titul⁹ diuiditur in quatuor partes. Primo ponit acquisitionẽ cã libertatis ꝯseruãdæ. Secũdo illud ꝑ rescriptũ diui Marci probat. Tertio verba dicti rescripti interpretat̃. Quarto illud supplet. Scda ibi, Et ita diui. Tertia ibi, Hoc rescripto. Quarta ibi, Sed cum multas. Acc.

f *Nouus casus successionis*. Et est hic quart⁹ succedendi modus: ut s. per quas ꝑso. nobis acqui. §. fi. Accur.

g *Ex constitutione*. cuius uerba sunt. ĩ. eodem. §. si Verginio.

h *Acceperunt*. destinatione.

i *Intesto*. idẽ priuilegiũ dat̃ cuilibet petenti bona hac cõtemplatione:

a) Quod uerum intellige, ubi arrogatus est filii in secũdo gradu ut quia ẽ arrogatus tanquam nepos alias secus secũdum. Ang. hic.

b) Quod uerum si contraxit de peculio: alioq; si sibi hæreditas delata fuerit distinguitur, an iussu patris quæsierit uel non & an filius repudiet, & pater adiuerit pro se, & econtra si cut fit in naturali & legitimo: vt l. fi. §. 1. C. de bo. quæ li. Ange. Diuisio.

† Adiicere quid sit uide Bud. in annot. ad Pãdec. titu. de in diem addictione, & Nebrif. in lexico iu. ciuil. in dictione. ad dicere. Significat enim fere hoc t:. addici, idẽ ꝙ adiudicari per iudicem: unde hæc erant ꝓtoris uerba, do, dico, addico.

Arrogato quæ personæ succedere debent.

ADDITIO Et is præfertur qui præuenit: ut ibi in dicta l. fi. §. sancimus.

k *Non aditur*. s. ab hĩde.

l *Hæreditas*. quomodo ergo ualet ꝙ in eo relictum est ut C. de fideic. lib. l. eam quam? Resp. hic speciale est.

m *Venire*. i. vendi.

n *Idonee*. fideiussoribus uel pignoribus, uel fide habita: vt ff. de fideicõ. liber. l. iiij. §. addici.

o *Creditoribus* vel oĩbus, uel uni noĩe oĩũ. ut ff. de fideic. lib. l. iiij. §. addici uersic. creditoribus.

p *Addita esset*. no. mirabile, ꝙ ex hac pactione serui fiunt liberi, ut Orcini: ut hic, & ff. d̃ fideicom. liber. l. iiij. §. hi qui ad. Qui sint Orcini, & unde dicant̃, dictũ est, s. de sing. re per fideic. relict. §. pen.

q *Tui liberti fiant*. subaudi, hoc tibi ꝯcedimus. sed operas neque Orcinis, neque ab eo manumissis imponet: ut ff. de ope. liber. l. si quis hac l.

r *Nam huic*. subaudi cõcedimus.

s *Consentiant*. alias in seruitute remaneant: & quem nolũt habere patronum, habebũt dñm. C. de manu. testa. l. fin. §. iiij.

t *Accommodamus*. Vide ꝙ no. in dicta l. fi. ꝙa ꝙ dr̃ hic, obtinet ubi extraneus petit addici. Sec⁹ si sit aliquis de illis, cui sit relicta libertas: quoniam etiam potest petere dissentientibus aliis. Ang.

u *Attendunt*. ut procuratores nostri.

x *Præferendam*. hoc est, quia competent libertates. Accur.

y *Cogenda*. i. accipienda per fiscum.

z *Adita esset*. olim prius fiscus admittebatur bonis nõ aditis ab alio, & etiam aditis, dummodo essent bona soluendo: alias aditio ab alio facta ualebat: ut ff. de fideic. lib. Liiij. §. pen. hodie in distincte admittitur: ut C. de test. manu. l. fi. §. penultimo.

a *Veneant*. idest nendantur.

b *Eam*. libertatem. Accursius.

c *Successor*. Nunquid ex testamento uel ab intestato erit iste hr̃s? Respon. neutrum dici potest. Dic ergo hũc anomalũ successorem esse. sicut illũ q̃ succedit hæredi

c) Not. casum ubi priuatus potest stipulari ꝑ altero. cõtra. l. stipulatio ista §. alteri. ff. de uerb. obli. & in § alteri. in fra. ẽ uer. obli. & est ratio fauore libertatis ut facilius possit dari expedimentum, quo libertatẽ serui consequãtur

† Sic ff. de fideicom. l. 4 §. hi q̃ ad Libertas commodo pecuniario præferenda est.

Successor anomalus.

redi non implenti defuncti uoluntatem, ut in auth. de hīrd. & Falc. §. in omnibus coll. j. & iura sepulchrorum habet, ut bonorum possessor: ut ff de fideic. lib. l. iiij. §. is autem cui.

a *Neminem.* hīrdē ab inte. ADDITIO Puta quia repudiauit, vel lapsus est terminꝰ præfixꝰ ad instātiā petentis bona sibi addici. Sd si solū ad īstātiā creditorū fuisset præfixus, haberet p hīrde. Ange.

b *Fieri.* & rñ. sic ut ff. de fideic. lib. l. iiij. §. j. Acc.

c *Diuisiones.* i. casus.

d *Constitutio.* C. de testa. manu. l. fi.

e *Species.* i. casus.

DE SVCCESSIONIBUS &c.

Continuatio.

Supra visum est de multiplici specie successionū: sed quia sunt quædā q̄ hodie sūt sublatæ, ut est illa quæ fiebat p bonorū traditionē, uel senatusc. Claudianū, ideo subdit de successionib. sublatis. Por.

Diuisio.

E *Rant ante prædictam.*] Totus iste titulus diuiditur in duas partes. Primo tollit uenditiones & successiones quæ ex eis fiebāt. Scdo quę fiebant ex senatus. Secunda ibi, Erat.

Bonorum eptio. Bonorū emptor similis erat bonorū possessori. cū eo creditores experiunt l. nā postea. §. sed etsi qs. D. de iureiur. vel certa parte decidūt l. imperator. D. d pactis qua forma ꝙstituat, Th. refert. cui & illud adiūgi pōt q̄ Cicero scribit inhūc modū lib. vj. ad Attic. Alterum q̄ sine edicto cōmode trāsigi nō potest de hīditatū possessionibꝰ, de bonis possidendis, magistris faciēdis, uendendis, quæ ex edicto & postulati & fieri solent. Cuia.

a] No. q̄ sæpe uerbū uenditio, ponitur, p emptione, & econtra. & aduerte (quid fortius dico) quod licet simpliciter dicatur unum intelligitur de utroq; quia sunt correlatiua: ut l. fi. C. de indiuidui. roll. & l. i, ff. de accep. An.

f *Emptio.* i. uenditio: ut sequitur. sic & ff. de actio. ēpt. lueteres. Ac. ADDITIO Quod facit, ut pœnale dispositū in uno puta uēdēte habeat locū ēt in emēte, cū sint correlatiua.

g *Ambages.* nam p̄ponebat creditori actionē, & si cadebat à syllaba, cadebat à cā. Si uero nō cadebat: bōa debitoris absētis uel p̄sētis vendebat sua auctoritate: q̄ hodie non est ut hic, & C. de form. & impe. l. j. & ij.

h *Ordinaria.* i. solennia.

i *Expirauerunt.* idest recesserunt.

k *Bona.* i. oīa: ut ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. j. sed hodie p mēsura debiti declarati, ut in auth. de exhīben. & intro. re. §. fi uero semel. colla. v. ADDITIO Dic hoc uerū, qñ agit p̄sonali. secus si agat ēt hodie reali uel hypothecaria: q̄ iura antiqua remanēt incorrecta: & sic fit missio in solidū ī poss. ut no. gl. ī uer. p̄sequt̄ in auth. ei qui C. de bo. auct. iud. pos, & ī l. iij. in gl. pe. C. de p̄cu.

l *Libris.* ut ff. qui ex cau. in pos. ea. per totum. & de bo. aucto. iu. pos. per totum.

m *Bacchata.* i. capta uel decepta: ut. n. uino quis capitur uel bacho: ita & amore. Item furoris nil uehementius inuenitur: ut in auth qui mod. na. effic. leg. §. illud. ver. nouimus. collat. vj.

Licet ille qui repudiauerit hæreditatem, possit in integrū restitui, & iterum adire: tamē addictio semel facta, & libertates non cessabunt. Aret.

Si is qui in integrū restitui potest, abstinuerit hæreditate; an quamuis potest in integrū restitui, possit admitti cōstitutio, & bonorū addictio fieri? b Quid B ergo si post addictionem libertatuum cōseruādarum cā factā, in integrum sit restitutus? Vtiq; nō erit dicendum reuocari libertates: quia semel competierunt.

Si libertates datæ fuerint inter uiuos datur addictio bonorum, sed reuocatur in dubiū, an datæ fuerint in fraudē creditorū. Ar.

Hæc constitutio, libertatū tuē darum cā introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ cessat hęc cōstitutio. Quid ergo si viuꝰ dederit libertates, uel mortis cā & ne de hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco uelint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est ut audiri debeāt, etsi deficiant uerba constitutionis.

Supplet rescriptum diui Marci. Aret.

Sed cū multas diuisiōes c eiusmodi cōstitutioni deesse perspeximꝰ: lata est à nobis plenissima constitutio, d in qua multæ speciesc collatę sunt, quibus ius huiusmodi successionis plenissimū est effectū, quas ex ipsius lectiōe cōstitutiōis pōt qs cognoscere.

TITVLVS XVII.

DE SVCCESSIONIBVS quæ fiebant per bonorum uēditiones, & ex senatusconsulto Claudiano, sublatis.

ADDITIO Et maxime in iuuenibus. Vnde uersus.

Militat in teneris annis amor hospes amœnus,
Atque in canicie ridiculosa Venus.

A Facit. c. cum in iuuentute. extra de præsump.

n *Subsītiā.* si q̄ iūgebat se alieno seruo & q̄ dñi nūtiationē: ut C. ad sena. con. Claud. l. j.

Succesio facta per uenditionem bonorum debitoris, est hodie sublata. Aret.

E *Rant ante prædictam* successionem olim & aliæ per uniuersitatem successiones: qualis fuerat bonorum emptio, f quæ de bonis debitoris uēdēdis p multas ambages g fuerat ītroducta: & tūc locū habebat, qñ iudicia ordinaria h in usu fuerāt. sed cum extra ordinariis iudicijs posteritas usa est, iō cum ipsis ordinariis iudiciis ēt bonorū uenditiones expirauerūt; i & tantūmō creditoribus datur officio iudicis bona k possidere, & prout utile eis visū est, ea disponere: q̄ ex latioribus Digestorum libris l perfectius apparebit.

Succesio quæ fiebat per senatusconsultum Claudianum, est hodie sublata. Aret.

Erat & ex senatusc̄os. Claudiano miserabilis per uniuersitatē acquisitio: cū libera mulier seruili amore bacchata, m ipsam libertatem per senatusc̄osultum C amittebat, & cū libertate substātiam, n quod indignū nostris tēporibus esse existimantes, & à nostra ciuitate deleri, & nō inseri nostris Digestis concessimus.

TITVLVS XIIII.

DE OBLIGATIONIBVS.

Tertiam iuris ciuilis partem expositurus, de obligationibus unde actiōes ceu ex matre oriūtur, titulum generalem, atq; deinceps earū species proponit, quo prælibatis obligationibus, naturas actionum maturius adsequamur. *Adde s. tit. p. s. in. uers. ea est.*

Continuatio.

Hic incipit tertia pars prīcipalis diuisionis totius istius operis, gratia cōmodioris diuisionis, & etiā materiarum. facit. l. Caius. §. j. ff. de le. iij. cū si. ibi no. quoniā hic tractatur de tertia parte siue de tertia materia in qua uersatur ius nostrū: quoniā uersatur circa tria, aut circa personas, aut circa res aut circa actiōes & obligationes: ut §. de iur. nat. gen. & ciui. §. fi. usq; huc tractauit de personis & rebus, ut dicit gl. rubri. igitur aliā; & tertiā partem faciemus de obligationibus & actionibus & per consequens de tertia materia totius iuris ciuilis. Ar. Acc. autē sic continuat istam ru br. Dictū est §. de personis lib. j. de rebus in secūdo & tertio usq; huc. Nunc de actionibus debet dicere, ut §. de iur. natu. §. fi. sed quia obligatio mater est actionis: vt ff. de procur. l. licet. §. ea obligatio ideo præmittitur de his obligationibus: & ideo dicit hic, Nunc &c. Accur.

Continuatio Accur.

Diuisio.

N *Vnc transeamus. &c.* Totus iste titulus diuidit in quatuor partes. Primo ponit definitionē obligationis. Secūdo ponit unam diuisionē obligationis. Tertio ponit scdā diuisionē. Quarto illā diuisionē ī alia subdiuidit. Secūda ibi Oīū autē. Tertia ibi, Sequens. Quarta ibi, Priꝰ est, CASVS. Quæ si ui ab Imperat. sic: Dñe, cū curam adhibueritis ad res & ad p̄sonas: ad q̄d p̄pōitis uos trāsferre? Rñ. Imper. Nūc &c. Quæsiui etiā ultra sic: Dñe, Quid ē obligatio Rñ. ipse: Obligatio est &c. Sed q̄a unūquodq; tunc p̄fecte cognoscit cū in se & in suis partibus demōstrat, iō dñs Iusti. data definitione dat obligatiōis diuisionē, ut sic oblig. in se & in suis partibꝰ plenię & perfectius habeat notitia. Et primo dat dñs Iusti. obligationis diuisionē generaliorē & breuē: scdo specialiorē, & primā q̄tinētē. Itē primo diuidit: scdo mēbra diuidentia exponit, & sic uno modo ponit casꝰ. Aliter aūt ponit fm dñm Gul. sic casus. Ego iuuenis uolēs legalibus fulciri nutrimētis, accessi ad Iust. & talia uerba p̄posui corā eo: Dñe, uidi per q̄tinuationes multiplices q̄ nūc est ad trac. de obli. transeundū: p̄ deo dicatis mihi, quid est obligatio? Frater, dicit Iustin. obligatio est &c. Franc.

o *Obligatio.* vī q̄ nulla obligatio definiat. nam ciuilis sola non habet effectum exigendi: ut patet in obligatione literarū ante bienniū,* vt j. de lit. ob. Itē patet in oī obligatione ciuili & naturali simul. nā si pactū fieret de nō petēdo, tollit naturalis, & remanet ciuilis: ut ff. de solu. l. Stichū aut Pamphilum. §. naturalis &

* Et hæc sententia cōmunis habetur: licet ultra modo nec naturalē nec ciuilē natam uelit. de quo habetur ī l. cū quis. C. de iur. & fac. ign. & cum his sentit Iac. ab Arena. mei si glo. sequitur hic Porc. quem tu uide.

lis,& tñ non habet effectum iſtum,vt ĩ.de except. §.præterea. Item nec naturalis: ꝙ nec per eam fit actio,licet impediat repetitio,vt ff.de dona.l.hoc iure.§,fi.& de condi.indeb.l.iudex. & l.Iulianus.Sed dic ꝙ ſimul vtraq; definitur. Item ſi bona eſt definitio,ergo conuertitur cum ſuo definito. Vbicunque ergo eſt iuris vinculum, eſt obligatio: & cꝫ ubi non eſt tale iuris uinculũ,non eſt obligatio,ergo nec fideiuſſor adhiberi poteſt,vt ff.de uer. ob.l j.§.ij.incipit,ſi quis ita.in fin. qđ eſt falſum: ꝙ naturali obligationi accedit,vt ĩ.de fideiuſſ. in princ. Sed dias ꝙ hic eſt deceptio. nam ſi dicas,non eſt obligatio.ſ. ciuilis & naturalis:vera eſt. ſi dicas obligatio.ſ. nulla ẽt naturalis, falſa eſt.& ſic vis eſt ĩ dictione obligatio.vbicũque .n.dico,ꝙ naturali obligatione ꝙs tenet,intelligo de iure gẽtiũ:ꝙa ꝙuenit ſolis hoĩb.& oĩbus.

Definitio bona conuertitur cum ſuo definito.

* Solutio fieri debet ſecundum ciuilia iura. Cuiac.

† i.prima ſemper Cuiac.

† Veluti ex pacto in quibuſdam cauſis.

† Veluti ex conuẽtionibus iuris gentium Cu.

a *Iuris vinculum*.i.ius vinciẽs,& ſic ẽ res ĩcorporalis,vtſ.de re.cor.& in cor.in fi. vt.n. boues funib. viſua'r ligantur,ſic hoĩes verbis ligãt ĩtellectua'r, vt ff.de uer.ſig.l. rei.§.j. ADD. Iux.illd,verba ligãt hoĩes: taurorũ cornu.fũes.Cornubos capit̃, voce ligatur hõ.

b *Neceſſitate*. tũc enim uerè debitor eſt cum neceſſe habet ſoluere,ut ff.de uerb.oblig. l.debitor. & ita ſm hoc nulla obligatio cui opponitur exceptio, definitur hic. quod uerum eſt, ſi opponatur exceptio ideo,quia deſiit eſſe uinculum naturale, uel ciuile.Nam quædam exceptiones proponuntur etiam qñ utrunque uinculum adeſt,ut Macedoniani & Velleiani. Sunt enim effectualis obligationis duæ radices una naturalis.ſ.quæ cõſenſu naſcitur,quæ inter omnes fieri poteſt etiam inter ſeruos,& hæc naturalis dr̃,ut ff.de pact.l.j.§.adeo. hæc radix ꝙrio conſenſu tollitur,ut ff.de ſolut.l.Stichum.§.naturalis. quia nil tam naturale &c.ut ff.de regu.iur.l.nihil tam.ſed hæc naturalis uim non habet exigendi, impedit tñ ſoluti repetitionem, ut ff.de fid eiuſſ.l.fideiuſſor.§.fideiuſſor. Huic qñque accedit ciuilis etiam radix,quæ illi naturali faciem dat,uel formam,uel ueſtem,ut poſſit parere actionem. Et hæc ciuilis tollitur ꝙrio ciuili actu,non naturali,ut per acceptilationem,ut ĩ.quib.mod. toll.oblig.§.j.aliàs §.item per acceptilationem.Item per ſententiam remanente naturali,ſed hoc non eſt ipſo iure,ſed per exceptionem,ut ff.de cond.indeb.l.Iulianus.ſnĩa enim eſt de iure ciuili,cũ omnia iudicia ſint de iure ciuili,ut dicimus ſ.de iure natu.§.ius autem.in glo.vt ſunt &c.per l.ff.de orig.iur. l.ij.§. his legibus latis.ver.hæc diſputatio.Et hęc ciuilis non adhæret ſeruis,cum nihil ſint inſpecto iure ciuili,ut ff.de reg.iur.l.ſeruitutẽ.& l.quo d attinet. Item filio ꝙ patrem, uel cꝫ nõ naſcitur, ut ff.de cõdi.ſin de.l.frater à fratre.cũ inter eos nõ poſſit eſſe iudicium, ut ff.de iudi.l.lis.iure ciuili impediente ratione patriæ poteſtatis,ut ſ.de pat.pot.§.ius autem.Accurſ. ADDITIO. Hodie tñ in aduentitiis forte naſcitur ciuilis obligatio, quamuis durante patria poteſtate ꝙ eum non exerceatur. * Ang.

Obligatio effectualis habet radicem naturalẽ & ciuilem.

Obligatio ciuilis tollitur p acceptilationem & ſententiã.

Obligatio ciuilis quibuſdã ꝓſonis nõ adhæret.

* Et idẽ ait Bald.

c *Rei*.uel etiam facti: quia uerbum rei,generale eſt, vt ff.ſi cer. pet.l.j.in fi.& ff.de uerb.ſign,l.rei. ADDITIO. Not.appellatione rei factum contineri .ex quo dixerunt aliqui , quòd ſi ſtatuto caueatur,quòd pro quacunque re petita ſoluatur ſolidus pro libra, quòd habebit locum in facto petito.quod uerum limitat hic Bal. qñ tale factum petitum erat æſtimabile , ut librum ſcribi, domum ædificari,& foſſam fodi. Si autem eſſet inæſtimabile, ut facere uxorem conſentire, tunc nihil eſſet ſoluendum: quia uerba ſtatuti debent intelligi in caſu poſſibili', hoc eſt,quo res æſtimari poſſit.l.non ſolum.ff.de actio.& oblig.& l.ſi ideo. C.de his quib.ut indig. Chriſtophorus.

d *Secundum*.iſtud ſm,poteſt referri adtotam definitionem.q.d. obligatio ſic definitur ſm iura Romana.i.ſm leges.& ſic ciuilis & naturalis hic ſimul definitur.Vel dic quòd refertur tñ ad principium.ſ.iuris uinculũ. Et quod dicit, quo adſtringimur, culum, [c] quo neceſſitate [b] adſtringimur alicuius rei [c] ſoluendæ † ſecundum [d] noſtræ ciuitatis iura.

Ponit primam diuiſionem obligationum: quia aliquæ ſunt ciuiles, aliquæ prætoriæ.

Omnium autem obligationũ ſumma † [e] diuiſio [f] in duo genera diducitur:nanque aut ciuiles ſunt,aut prætoriæ. Ciuiles ſunt, quæ aut legibus [g] conſtitutæ, [+] aut certo iure ciuili comꝓbatæ † [h] ſunt.Prætoriæ ſunt, quas prętor ex ſua iuriſdictione conſtituit, [i] quæ etiam honorariæ [k] vocantur.

Ponit ſecundam diuiſionem obligationum, quæ eſt quadruplex.

Sequens diuiſio [l] in quatuor ſpecies deducitur. Aut enim ex contractu [m] ſunt, aut ex quaſi contractu, [n] aut ex maleficio, [o] aut ex quaſi maleficio. [p]

Obligationes ex contractu ſunt in quadruplici differentia. Angelus.

Prius eſt,vt de his quæ ex cõtractu [q] ſunt, diſpiciamus. Harũ æquè [r] quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, [s] aut uerbis, [t] aut literis, [u] aut cõſenſu: [x] de quibus ſingulis diſpiciamus.

TITVLVS XV.
QVIBVS MODIS RE contrahitur obligatio.

Mutuum ex eo dictum, ꝙ de meo tuum fiat, in his rebus tantum conſiſtit,quas numero, põdere,uel menſura conſtantes,in hoc damus vt eorum fiant à quibus recipiuntur,& ad nos non illæ ipſæ, ſed eiuſdem qualitatis aliæ reuertantur.

e *Summa*.i.prima,uel ſumma i.breuis. ſic ſup.de iure perſon. in prin.eſt enim quandoque maior,vt ĩ.eo.§.fi

f *Diuiſio*. diuiſio eſt innumerabilis materiæ breuis cõpoſitio, & diuiſio ad multa facit,ut diximus in proœ.§.pen. Diuiſionis definitio.

g *Legibus*.ut legis Agliæ obligatio,ut ĩ.de l.Agl.in prin.Item de pauperie per l.xij.tab.ff.ſi qua.pau.fe.di.l.j.j.rñ.Itẽ furti nec manifeſti,ut ĩ.de noxa.§,ſunt aũt.Secus ãt eſt de furto manifeſto: ꝙa illa oblig.eſt p̃toria,ut ĩ.de ꝓpe.& temp.act §.furti quoq;.

h *Iure ciuili comprobatæ*. ut ſunt obligationes iure gentium inuẽtæ,ut ſup.de iure nat.§ ius autẽ.quæ à iure ciuili ſunt comprobatæ,ut ff.de iuſt.& iu.l.ius ciuile.

i *Conſtituit*.ut obligatio ex furto manifeſto,ut ĩ.de perpe.& tẽpo.act.§.j.Item ex rapina,& ubicunque prætor aliquam obligationem inducit,ut patet per multos titulos,ut ff.de iuſti.& iu.l.ius autem ciuile.§.ius prætorium.

k *Honorariæ*, quia prætores honores gerebant,quod dic ut ſupra de iure natu.§.prætorum.

l *Sequens diuiſio*.ſ.obligationum.

m *Ex contractu*.vt ĩ.uſq; ad tit.de oblig, quæ ex quaſi cõtractu.

n *Ex quaſi contractu*.ut inf.de oblig.ex quaſi contractu.Sequentes duo tit.uſque ad quartum libr.ſunt communes.ſ.per quas perſo.no.acqui. & quot mo.toll.oblig.

o *Aut ex maleficio*.ut ĩ.de obli.ex malefi.uſque ad tit.de obliga. ex quaſi malefi.

p *Ex quaſi maleficio*.ut ĩ.de obl.ex quaſi malefi.& ſubaudi,aut ex uariis figuris cauſarum,ut ff.de act.& oblig.l.j.in prin.

